ORATIO

DE

ARTE INTERPRETANDI GRAMMATICES ET CRITICES FUNDAMENTIS INNIXA PRIMARIO PHILOLOGI OFFICIO.

ORATIO

DE

ARTE INTERPRETANDI GRAMMATICES ET CRITICES FUNDAMENTIS INNIXA PRIMARIO PHILOLOGI OFFICIO,

QUAM HABUIT

CAROLUS GABRIEL COBET,

A. D. XX JUNII, A. MDCCCXLVI,

QUUM IN

ACADEMIA LUGDUNO-BATAVA

LITERARUM HUMANIORUM ET PHILOSOPHIAE THEORETICAE PROFESSIONEM EXTRAORDINARIAM

SOLEMNI RITU AUSPICARETUR.

LUGDUNI-BATAVORUM,
APUD H. W. HAZENBERG ET SOCIOS.

MDCCCXLVII.

EX TYPOGRAPHEO H. R. DE BRECK.

ACADEMIAE LUGDUNO-BATAVAE CURATORES VIRI ILLUSTRISSIMI,

QUI HIS AB ACTIS ES, VIR CONSULTISSIME,

ACADEMIAE RECTOR MAGNIFICE,

ARTIUM ET DISCIPLINARUM PROFESSORES VIRI CLARISSIMI,

QUI IURI DICUNDO ET CIVITATI REGENDAE PRAEESTIS, VIRI INTEGERRIMI,

DIVINORUM ORACULORUM INTERPRETES PLURIMUM VENERANDI,

ARTIUM ET DISCIPLINARUM DOCTORES ERUDITISSIMI,

HUIUS ACADEMIAE ALUMNI, COMMILITONES OPTATISSIMI,

CUIUSCUNQUE LOCI ET ORDINIS HIC ADESTIS AUDITORES HUMANISSIMI,

Saepe mihi animum subiit cogitatio, quid esset cur literarum antiquarum splendor, qui apud maiores nostros tam clarus fulgebat, hac qua vivimus aetate nescio quomodo laborare et deficere videatur: cur literarum studia tanto olim omnium amore, cura, ardore exculta, ut qui in

republica et in severioribus disciplinis principes essent hac quoque literarum laude spectari vellent, nunc apud horum plerosque iacere coeperint ac prope dixerim contemni. Saepissime quum peregre abessem cum eruditis Italis vel aliis quibusdam, quos discendi amor aut fortuna eodem adduxerat, de studiorum ratione sermones conferens non sine moerore et indignatione sensi quam alte ista labes animos multorum insederit. Non aeque omnium me movebat auctoritas. Multorum levitatem nil praeter sua admirantium facile erat contemnere. Erant qui nullius disciplinae gnari et de omnibus tamen suaviter ad imperitos auditores disserere soliti eundem morem alio transferrent et quae ipsi nescirent, ab aliis sciri posse aut disci debere negarent. Sed supererant alii acuti sane homines et ingeniosi, quales Italia quamquam tristi olim servitute oppressa et quod etiam peius est gravi veterno torpens complures proferre non desiit, qui avitam patriae gloriam, literarum antiquarum studia, vilipenderent tamquam rem minutam et exilem, nec satis dignam summorum virorum persona, a quibus sua cuiusque patria maiorem humanitatem felicitatemque merito exspectaret. Elegantium hominum ea studia dictitabant esse, otio affluentium: vitam humanam nunc graviora postulare ac severiora: optandum esse illud quidem, ut qui in maioribus excel-

lerent, etiam his veluti ornamentis suam quisque scientiam condecorarent et amoeniorem facerent: sed rem esse immensi operis neque in hac vitae brevitate rerumque addiscendarum prope infinita copia eiusdem hominis esse utramque laudem coniungere. Praeterea multos, quos literis videant dare operam inque iis vitam terere sibi non videri id assecutos, quod reliquis polliceri soleant: plerosque in minutiis futilibusque quisquiliis haerere, quas pro rebus quantivis pretii et aliis et sibimet ipsis venditent. Non satis apparere, imo vero in nonnullis plane deesse videri illum animi ingeniique cultum, quem iure illius doctrinae fructum exspectaveris, quae prae caeteris omnibus pulchri verique sensum in hominum animis excitare, excitatumque alere et corroborare posse dicatur: contra in eorum commentariis nativam antiquorum simplicitatem pulchramque cogitandi loquendique serenitatem tamquam nube obscurari obruique indigesta rerum, saepe etiam verborum, abundantia, quae studiosi lectoris animum fatiget lassumque et obtusum relinquat.

Hisce ac talibus voculis et querelis pro tempore proque cuiusque ingenio reponere aliquid non erat admodum difficile. Namque inique omnibus obiiciuntur, quae imperite et inepte committuntur a paucis. Latissime patet Philologiae

campus: quaecunque ubique terrarum exstant antiquioris aevi et humanitatis monumenta, sive literis exarata, scriptores, inscriptiones, numi, sive illiterata, quales sunt artium reliquiae picturae, sculpturae, architecturae et similium, ea omnia philologis tractanda et exploranda sunt ut ex iis antiquorum populorum historiam, vitam, artes, literas ita cognoscant, ut quo pacto nostra humanitas inde orta sit, quid illis acceptum referatur, quid qua de causa differat ostendere possint. In hunc igitur campum involat undique quilibet, carpens sibi partem quamcunque, in qua illustranda explicandaque operae pretium sibi facturus videatur. Mirandumne est plures semper ab eruditione vel iudicio non satis paratos dare sese ridicule et rei praeclarae labem adspergere. Odiosum est nec multum prodesse mihi videtur alienos errores de industria proferre et severe acerbeque notare, quum liceat meliora sequi suoque exemplo quid rectum videatur ostendere. Itaque nunc ad docendas literas Illustrium huius Academiae Curatorum suffragiis et augusti Regis decreto ipse vocatus studiorum meorum veluti rationes quasdam mihi reddendas esse arbitror, ratus maiores nostros instituisse, ut is, cui docendi provinciam demandassent, in auspicandi muneris solemnitate orationem haberet non adeo ut reconditum aliquod argumentum docte

enuclearet neque etiam ut dicendi suavitate et elegantia audientium animos demulceret, quam ut palam coram hac summorum virorum corona aperiret quam viam ac rationem studiorum ad eum diem secutus postea in erudienda iuventute esset secuturus. Circumspexi igitur dicendi materiam, in qua explicanda quid mihi in Philologicis studiis probandum quid non videretur candide exponerem et dicam: *de arte interpretandi Grammatices et Critices fundamentis innixa primario philologi officio:* de quo argumento quae perspicue, ut potero, et breviter disputaturus sum attentis, quaeso, et benevolis auribus animisque accipite.

Grammatica scientia, cui inniti omnem sanam interpretationem constat inter omnes, versatur in cognitione vocabulorum, quibus populi alicuius lingua constat. Eorum naturam et antiquissimam originem rimatur, formas et significandi potestates, compositionem constructionemque pro variis temporibus et locis variam assiduo lectionis et meditationis usu notat et explorat. Et inquirere quidem in alicuius linguae primam originem cognationemque cum primaevo hominum sermone indagare ut per varios gradus aliae sint propagatae ex aliis atque sic ad communem omnium stirpem cogitando adscendere, tum singulorum verborum origines scrutari primitivamque et nativam

cuiusque notationem e tenuissimis vestigiis ingeniosa divinatione eruere, id vero et periucundum est et insignem habere potest utilitatem. Sed periculosae plenum esse opus aleae ostendunt plerique omnes, qui ad hanc aetatem incredibili industria et acumine in hoc genere elaborarunt. Sophistica ostentatio et futiles hariolationes antiquiorum, qui nullo stabili fundamento nixi quidquid feraci ingenio occurrebat temere arreptum pro certis ponebant neque inter sese umquam neque sibimet ipsis consentientes infamem dudum hanc operam prudentioribus et certa quaerentibus reddiderunt; et profecto incredibile dictu est, quam putidas et insanas derivationes isti protulerint, qui, ut lepide aliquis et vere dixit, in Etymologia vocalium nullam, consonantium perexiguam rationem habendam esse credidisse videntur. Ista opinionum commenta dies delevit deletura similia omnia, quae non rationum momentis certaque analogia nitantur. Nempe huic uni, analogiam dico constanti scriptorum usu confirmatam, suus semper constabit usus et pretium: huic danda est opera, ut immensas Graecae linguae copias fideli memoria retinere et ordine explicatas contemplari possimus, huic recte superstruitur linguae aedificium, quod novas semper et reconditas divitias reserantibus expromet. Non spernimus neque parvi pendimus

eorum labores, qui nostra praesertim memoria e remotis Indiae recessibus novas vias ad retegenda humani sermonis primordia aperuerunt: laeti gratique felicis sollertiae suavissimas primitias accepimus nec vana spe plura in diem et certiora erutum iri exspectamus. Sed Grammatico veteres interpretanti haec prima cura est, ut quod adest cognoscat et linguae superstitis monumenta perscrutans cuiusque vocabuli formam et sensum ab ipsis veteribus discat. Sunt quibus hoc studium leve totumque in minutioribus haerere videatur. Quam vellem harum minutiarum accuratam cognitionem afferrent omnes, qui toti in altioribus non verba magis quam res et notiones sectantur. Quorum opinio quum late serpere coeperit multorumque animos ita invaserit, ut cum minore labore plura ac praestantiora extemplo discere postulent huic errori strenue obviam est eundum. Quemadmodum enim nihil est insulsius et magis puerile, quam in dictionis notis et formulis colligendis aetatem conterere, sic illorum retundenda levitas est, qui repudiata vel negligenter percepta Grammatica ratione scriptorum sententiam veluti hariolando rapere se posse arbitrantur. Quidquid mente aut ipsi percipimus, aut accipimus perceptum ab aliis, id verbis demum illigatum intelligi potest: ita ut quidquid audimus vel legimus a verborum, quae sunt

cogitatorum effigies et imago, intelligentia pendeat. Non est autem nimis difficile aequalium populorum linguas mente et memoria complecti: nam orationis forma stabilis est, de sensu singulorum veluti pacto constat inter omnes. A paucis inde seculis cultiorem linguam et scriptores, qui quidem legi merentur, habent illi populi, qui nunc reliquos in orbe terrarum cultu et humanitate antecellunt. Quam diversa est antiquarum linguarum ratio! Per annos plus quam bis millenos sermo Graecus apud cultissimas gentes in usu fuit secutusque est, ut solent hominum linguae, varios casus et vicissitudines, quas illi experti sunt, in quorum ore et animis vivebat. Quae communi nomine nunc Graeca lingua appellari solet et propterea a plerisque pro una eademque haberi, longa constat linguarum serie, pro varia aetate et patria et ingenio eorum, a quibus usurpabatur, diversissimarum. Quanto antiquae stirpes, unde populi in libera Graecia orti sunt, indole et moribus discrepabant, tantum est in oratione discrimen. Si quis (ut hoc utar) Dorici sermonis reliquias ad antiquam linguam Ionicam et Atticam spectare volet, apud aliam nationem se credet esse: adeo sunt dissimilia omnia: ingenium gentis, instituta, cogitandi ratio, materies, forma. Dores graves ac tardi, patrii moris tenacissimi, reliquorum om-

nium incuriosi primum, deinde, uti fit crescente potestate, superbi contemtores, paucorum verborum, toti rebus strenue gerendis intenti facundiam elegantiamque dicendi, levitatis scilicet indicium, truces adspernabantur. Iones contra acuti, mobiles, novatores, garruli, ita sese primos omnium hominum esse postulantes, ut quae ubique essent pulchra apud sese pulchriora exstarent. Ingenitum hoc elegantiae studium instituta incendebant: apud ingeniosum populum audiendique cupidissimum non erat alia laus maior quam eleganter ornateque dicendi: facundiae patebant omnia. Dorum igitur aspra et incomta oratio rudem horridamque antiquitatem tota referens militiam durosque labores spirare videtur. Apud Atticos laetus summorum ingeniorum proventus patrium sermonem ad illud evexit fastigium, ut nihil umquam viderit humanum genus, quod ad illam copiam, nitorem, magnificentiam cum eleganti simplicitate et sobrietate coniunctam possit comparari. In ea tamen re Graeci veteres conspirant omnes ut naturam sequantur et cuiuscunque sint originis *sui sint*, adeo ut quidquid faciant aut loquantur ex ingenio gentis sponte natum agnoscas. Atque haec est prima Graeci sermonis aetas, in qua a primordiis ad amissam libertatem lingua *vivebat*, nil in sese admittens nisi quod sanum incorruptumque es-

set. Supervenere ea tempora, quum fractis servitute animis nitor ille pristinus paulatim contaminaretur. Simul fines quibus olim continebatur late proferri coepti sunt: primum Macedonum arma cum imperio suo Graecae linguae usum extendebant. Asiatici omnes, Aegyptii, nil nisi Graece: deinde ex quo victor Romanus Graece didicerat, in toto Romano orbe elegantiores omnes Graeca patrio sermoni anteferre: Graece scire, Graece loqui, Graece scribere praecipua laus habebatur. Hinc periit antiqui sermonis sinceritas omnibus ita uti fit ex sui sermonis usu ac ratione aliquid alienum et sordidum admiscentibus. Natus est sermo omnibus communis et fere plebeius sine colore nec vigore, quem ad antiquiorem illum comparatum recte *mortuum* dixeris. In Graeciae incolis languescebant spiritus. Advolarunt tamquam in vacuum campum peregrini imitatores, qui arreptas undique veteris sermonis reliquias ingenti labore et studio tamquam in musivo opere tesserulas componentes in summo orationis ornatu scilicet et magnifico apparatu inopes incedebant et ieiuni: maximus prodiit scriptorum numerus, dum docti indoctique passim ad componenda sua vel aliena ruebant neque amplius natura sed eruditio incendebat studia. Oritur confusio ingens, aliis ad nobilem maiorum simplicitatem et incorruptam sermonis serenitatem

propius accedentibus et antiquitatis colorem arte feliciter reddentibus, aliis ad aequalium et civium plebeiam humilitatem aut ineptum inflatae orationis tumorem delabentibus. Regnare coepit imitatio languida, plerumque insulsa, nec fere ultra verba dicendique formulas procedens et consuta e pannis, quos veteribus scriptoribus impudenter et inepte sublegebant: hoc malum in diem gliscere: qui docte scribere volebant obsoletorum verborum cadavera, ut ita dicam, effodiebant, aut procudebant nova ad omnem analogiae formam deficiente pulchri sensu elegantiaeque temere efficta: hinc paulatim quid bene Graecum esset quid non esset vulgo dubitari et ignorari coeptum est nec doctissimi quique hanc labem effugiebant: morosa nonnullorum severitas indoctam reliquorum temeritatem non tantum non coercebat, sed faciebat audaciorem; nam qui acriter cum soloecismis bella gerebant magistelli cum suis ineptiis contemnebantur; deficientibus sanioribus criticis ad inanes quaestiunculas et futilissimas controversias Grammatica ars delapsa est. Interea crescebat barbaries, artes et literae in communi omnium senio et veterno moriebantur. Tandem succubuit Graecia, profugerunt pauci cum reliquiis saniorum temporum in Italiam, ubi renatis Literarum studiis humanitas e tenebris longoque somno rediit in lucem vitamque.

Tum vero ardore incredibili quaecumque literarum monumenta hominum incuria et barbaries nondum deleverant ab interitu vindicare et ad cultum fructumque vitae adhibere omnibus, qui supra vulgus sapere vellent, et laus summa erat et oblectamentum. Ardentissimo studio eruditi omnes in omnis generis scriptoribus, poëtis, historicis, philosophis, oratoribus, sophistis, rhetoribus cuiuscumque aetatis et pretii promiscue helluabantur, ex indigesta diffusae lectionis farragine omnem humanae cognitionis modum mente se complexuros sperantes: cuius doctrinae ut documenta exstarent multi collectam undique explicationis et annotationis materiem sine iudicio nec delectu effundebant. Simul plerorumque animos invasit ea insania, ut quidquid esset antiquum id pulcherrimum simul et elegantissimum esse pro certo ponerent, pernicioso errore praestantissima quaeque cum futilissimis aut etiam perineptis eodem loco pretioque habentes, ex qua superstitione dici non potest quam absurdae opiniones ad hunc diem philologiae inhaereant. Maxime nascentem Grammaticen haec labes infecit, quum commixta omnia essent atque confusa et temeraria correctorum levitas nihil non sibi in corrupta exemplaria licitum putaret. Quidvis pro quovis poni posse aut reponendum esse faciles credebant formaeque verborum et signifi-

cationes non ratione et usu sed pro cuiusque arbitrio et peritia constituebantur. Longa dies in multis abstersit primos errores et saniora docuit, sed nimis multi antiquum obtinent et inutili eruditionis copia obruere ingenium et hebetare quam severo delectu acuere et polire malunt, operose explicantes quae nemo nesciat, et quae obscura sunt aut corrupta, dum aliena multa congerunt, magis etiam obscurantes. Pervertitur mens et occaecatur formarum varietate notionumque nullo vinculo inter se aptarum multitudine, unde novae semper existunt discentibus difficultates, qui quidquid iuvenes magno labore ita didicerunt ut ubique ex aliorum auctoritate pependerint ac nihil fecerint suum, ubi ad virilem aetatem pervenerunt sine magno dolore nec desiderio elabi sibi et effluere patiuntur.

Huic igitur malo quo tandem pacto medendum? Nempe ea ingredienda via est, quam principes in Literis viri in hac nostra Academia primi aperuerunt, quam Vos mihi, viri clarissimi, digni eorum discipuli et successores primi monstrastis: cum accurata sanioris Grammatices scientia criticam facultatem coniungere atque hanc ex illa elicere, alere, corroborare et in diem augere, et unicum ponere verae et solidae eruditionis fundamentum ut antiquitatis studia ad sanae rationis simplicitatem revocentur. Intelligendi interpre-

tandique usum in quotidiana vita et hominum celebritate optime sibi quisque comparat. Quidquid homines loquimur, nisi forte quis ioco aut dolo interdum de industria quaerit ambiguitatem, *unum* habet sensum, ut prorsus eadem cogitatio ab loquente transeat ad audientem: atque hoc est *intelligere* ut quod cogitavit aliquis, idem nos audientes vel legentes cogitemus. Itaque necesse est, ut verbis omnibus certa insit ac definita vis, de qua ita inter omnes constet, ut nulla audienti vel optio possit esse vel dubitatio. Quid est igitur cur in antiquis scriptoribus interpretandis non idem valere credamus? quid est cur interpretatio quum simplex esse deberet, ut omnibus de iisdem eadem statim cogitatio nasceretur, tam vaga sit et fluxa, ut novi semper interpretes prodeant aliter explicantes quod erat sexcenties explicitum ab aliis. Est operae pretium videre quo supercilio ii, qui olim et sibimet ipsis et aequalibus praeclare rem gessisse visi essent, contemnantur ab recentioribus, quibus deinde subnati alii spretis prioribus omnibus soli rem acu tetigisse vulgo videbuntur donec alii succrescent etiam acutiores. Huius mali variae causae sunt, quarum nunc praecipuas commemorabo. Et prima quidem est ea scriptorum confusio, quae qualis sit et unde orta explicuimus. Solent multi promiscue omnes aut legere aut ad interpretan-

dum quod in manibus est adhibere. Sic praeclarissimus quisque antiquorum cum recentiorum infantia et stupore componitur. Est aliquid inter Homerum et magistellos, qui Romae et Constantinopoli, poësi dudum extincta, Graecos hexametros pangerent. Est aliquid inter Platonem aut Demosthenem et inanes sophistas et rhetores nugas putide deblaterantes. Saepe eos, qui labente ac propemodum extincta Graecitate vixerunt, aut alíus linguae usui innutriti Graece balbutire didicerunt, metiri solent nonnulli et explicare e praeclaris summorum apud antiquos Graecos ingeniorum monumentis. Mirandumne est ex ea ratione et formas verborum instabiles videri et significandi potestates tam varias fieri et ambiguas ut e magna copia significationum arripere liceat unicuique quod in rem suam vertere possit. Hinc non unam, sed duplicem, sed etiam triplicem sententiam idem locus continere posse putatur. Spes est (vel metus potius) fore ut quarta etiam et quinta aliquando ab erudito interprete excogitetur ac docte adstruatur. Hoccine vero est intelligere aliquid? Itane inter nos colloqui, itane scribere homines solemus?

Emergendum ex hac caligine ita est, ut unumquemque scriptorem ex se spectare mature assuefiamus ut quae sit apud quemque constans orationis forma, quae vis singulis vocabulis di-

cendique formulis subiecta, longa familiaritate et usu veluti ex ore loquentis discamus. Sic demum nascuntur notiones clarae certaeque, ut sibi quisque credere tuto possit neque ab aliorum sensu iudicioque totus pendeat. Nam trepidabit semper et in interpretando dubius haerebit, cui ad alterius auctoritatem confugiendum est et quod praesens hora postulat e Commentario aliquo vel Lexico corradendum. Itaque Lexica abiicere et sibi sufficere mature docendus est quicumque iustam certamque antiquae linguae scientiam quaerit: ita vero quae antea vaga et infinita temere volitare videbantur, stabilia fieri et consistere videbit, dispellentur istae nubes, quae menti quo minus verum clare cerneret officiebant et ex tenebricoso itinere emersus in lucem firmo gradu, quo tendebat, recta perget ire.

At novas tenebras veterum monumentorum interpreti offundere videtur, quod Antiquitas sive vita antiquorum populorum magnam partem ignota est et plurima sunt in hominum sermone explicanda ex notitia et fere dixerim adspectu et contemplatione earum rerum, quae loquentibus in manibus semper vel ob oculos essent. Fatendum est multa esse eius generis, quae nemo sibi umquam ita animo informare et fingere possit, quin periculum sit ne nimium quantum et fortasse ridiculum in modum a vero aberret: plura

sunt quae ancipiti coniectura rimamur: sed pleraque laetamur sic esse comparata ut, quum quacumque aetate apud quemlibet populum certum naturae ductum et analogiam sequantur ex assidua veterum lectione coniuncta cum diligenti aequalium et rerum et hominum observatione recte cognosci aestimarique etiamnunc possint. Praeterea ingens superest antiquariae supellectilis copia, unde vita populorum veterum potest cerni oculis et manibus tractari habentque ea omnia insignem utilitatem cum suavissima voluptate coniunctam. Iuvat meminisse, quum mihi in pristina Romani imperii sede priscae antiquitatis monumenta contemplanti et praeteritorum saeculorum seriem animo revolventi venerationem et sacrum quemdam horrorem incuterent. Sed non est philologorum in iis contemplandis cognoscendisque totos esse. Erutas e terrae gremio antiquitatis reliquias explorare, aestimare et ad communem utilitatem et notitiam proferre archaeologis datum est et numismaticis et peritis artificibus, quorum laboribus laeti gratique in rem nostram, id est scriptorum intelligentiam, utimur. Nam veterum vitam publicam privatamque, rem civilem et militarem, religiones, mores ex ipsorum scriptis cognoscere iucundissima pars est studii philologici: in quo nonnihil adiuvamur ab ipsis veteribus, qui suos sibi habuerunt anti-

quarios, diligentia plerosque magis quam acumine iudicii commendatos et cum cautione adhibendos. Gravi autem errore factum est, ut multi hoc antiquitatis cognoscendae studium ab lectione et interpretatione scriptorum seiungerent et *verba* scilicet prae *rebus*, uti aiunt, contemnentes toti sint in instauranda oculisque subiicienda imagine antiquitatis, satis materiei superesse rati unde collapsum ingenti ruina aedificium totum denuo exsurgat. Frustra. Namque etiamsi collecta undique materie arreptoque sine ullo delectu quidquid alicunde porrigatur componi aliquid ab acuto et industrio homine possit, quod in umbra viventibus haud absurdum videatur, tamen pleraque omnia iis, qui rebus gerendis intenti in hominum luce et celebritate versantur, lusus iocusque est, ut Phormio Hannibali de imperatoris officio et tota re militari disputare videatur. Utinam tandem ea omnibus ratio placeat, ut quae sciri nequeant, desinant sibi reperisse videri. In contemtum seque et sua studia adduxere, qui nihil sibi ignotum nihil obscurum esse postulantes ineptire malunt quam ignorantiam fateri. Ab eorum errore sic cavendum nobis censeo, ut tacere quam nihil dicere antiquius habeamus abiectoque quidquid sonet vitium, quod sanum et solidum sit solum retineamus, ac nesciamus multa potius aliquando

fortasse reperienda quam veris et certis falsa et inepta miscendo committamus, ut omnia pariter levia ac vilia fiant.

Alius est interpretantibus scopulus multorum naufragiis infamis, cui ne impingamur eo magis cavendum est, quia placidis latere solet sub aquis: eos locos dico, qui ipsius scriptoris vitio recte intelligi et explicari non possunt.

Accidit hoc raro in antiquis, passim in recentioribus Graeculis, ut dum nimium orationis splendori et magnificentiae tribuant, de sententia minus laborent ac verba numerosa et modulata fundentes parum aut nihil ab avium cantu differant. Habent hoc Lyrici poëtae interdum et Tragici in melicis chororum carminibus, ut in tanto furore et aestu poëtico iis excidat subinde aliquid, quod mens sedata et composita nequeat perspicere. Longe diversa est Graeculorum recentiorum ratio, qui ingenii inopiam et frigus vocabulis sonoris et aures implentibus compensare conantur connectentes inter se antiquiorum lacinias et veteris linguae reliquias, anima sensuque carentes, inanes species sine pondere. Haec qui magno nisu et eruditionis copias explicando severi ac tristes enarrant videant ne similes sint iis, qui in strepitosa compotationis hilaritate soli non incalescunt et ex facetiis ac iocis nescio quem abstrusum et reconditum sensum expiscantur. Sa-

pere aliquando audendum est, et quemadmodum hoc magnis poëtis condonamus lubenter, qui vel in hoc ipso dithyrambicae dictionis ornatu verbisque sonoris ita afficiunt animos, ut eodem impetu rapiamur audientes, sic cum contemtu abiiciendi isti sunt, qui inani verborum strepitu incautos et imperitos fallere possunt, prudentes et antiquorum gnaros non possunt; ad hoc solum utiles, ut tristi documento constet posteris ex quo fastigio ad quam abiectam futilitatem populus unus omnium ingeniosissimus amissa libertate moribusque in omnem spurcitiem corruptis delabi potuerit.

Venio nunc ad Philologiae partem longe difficillimam simul et praeclarissimam, cui quia spuria a genuinis, sana et sincera a vitiosis et corruptis iudicando discernit nomen Critica est. Variae semper de hac sive arte sive facultate fuerunt hominum opiniones. In qua aliis omnis liberalis doctrinae fastigium positum esse videbatur, hanc alii aut ut rem levem et in minutiis haerentem contemnebant aut tamquam nulli rei parcentem certamque et venerabilem antiquitatis auctoritatem temere et insane convellentem odio et ira persequebantur. Equidem nunc apud plerosque duas potissimum video valere opiniones, inanem utramque, uti opinor. Sunt quibus critica ars videatur ingeniosus et perdifficilis acu-

torum hominum lusus, utilissimus ille quidem ad excitandum alendumque pulchri sensum acuendumque iudicium, sed lusus tamen, unde nihil quod manifestum sit et duraturum prodeat, sed speciosa tantum, acute subtiliterque excogitata, quae fortasse aliquando locum cedent aliis, si qua mox acutius etiam subtiliusque de iisdem reperta proferantur. Aliis contra singularis quaedam videtur ac rara ingenii felicitas, qua veluti divinitus impedita expediantur, obscura et abstrusa clara luce illustrentur: hanc autem sollertiam in perpaucos cadere nec quemquam fieri Criticum sed nasci ut poëtam: nolle igitur operam perdere in re, quam assequi desperent: satis esse sibi, si quae edi solent, probabiliter intelligant: nil ultra quaerere. Utinam hoc sine periculo ab hominibus modestis et industriis fieri posset! Nunc innumerabiles suscipi solent errores et propagari, qui antiquitatis cognitionem ita depravarunt, ut ad exstinguendam sanam rationem quam ad confirmandam subinde aptior existimari possit. Ingens etiamnunc superest locorum numerus, quorum nulla nisi stolida erit interpretatio, donec vera et emendata lectio alicunde proferetur. In his utcumque expediendis mature iudicium corrumpitur, quod ab ineunte adolescentia assuefiunt homines contortis ridiculisque explicationibus et mirari quidquam desinunt, quod

docti alicuius vel libri vel hominis auctoritate constare arbitrantur: unde mox nullo negotio concoquunt omnia, quia quid sit *aliquid intelligere* numquam intellexerunt. Operae pretium mihi facturus videor si indicavero paucis, quae sit fides et auctoritas librorum, in quorum scriptura securi plerique acquiescunt. Ab antiquissima memoria per librariorum manus propagati iam olim erroribus istorum, indoctorum hominum et aliud agentium, depravati ferebantur. Passim apud Veteres de codicum vitiis et corruptelis querelae leguntur. *De libris Latinis*, scribit ad Quintum fratrem Cicero, *quo me vertam nescio, ita mendosi et scribuntur et veneunt.* Exstat epistolae Theophrasti ad Eudemum fragmentum de loco quodam corrupto in libro Aristotelis, communis magistri, cuius emendatam scripturam ex meliore Theophrasti codice Eudemus cognoscere cupiebat. Aliquanto deteriores esse eos libros, qui ad nos perdurarunt, facile intelligitur. Nullum umquam vidi codicem, qui sine multiplici emendatione legi intelligique posset. Vel antiquissimus et optimus quisque saepe turpissimis erroribus, quorum nunc tironem paulo diligentiorem puderet, inquinatus est. Primum vitiosa recentiorum Graecorum pronuntiatio millenos fundere solet errores: tum homunciones antiqui sermonis parum periti, nacti vetustos libros in qui-

bus literae omnes non diremtis singulis vocabulis eodem tenore continuabantur, ridiculum in modum similes literarum formas confundunt, coniungenda distrahunt, disiungunt contrahenda: sicubi liber lacuna hiabat aut explebant de suo aut dissimulato hiatu funditus pessumdabant sententiam: ubi literarum ductus evanidi oculorum aciem praesertim indoctorum fallebant, locum ad suum arbitrium id est temere refingebant. Peius etiam erat, ubi intricati tachygraphorum nexus, siglae, scribendi compendia et vocabula decurtata describentibus negotia facessebant. Nondum tamen his finibus continetur malum, quod monumentorum veterum, deleta et depravata genuina scriptura, fidem elevavit. Mature prodierunt correctores Graeci, acutuli homines, qui quidquid non satis recte procedere videbatur pro sua peritia expediebant scilicet tanta levitate, ut erasae vel quomodocumque deletae veteri lectioni suas coniecturas substituerent. Bonum factum, quod bene multi supersunt libri vetusti, interpolationibus istis antiquiores, unde fraus apparet et ipsa scriptoris manus ex genuinis antiquae scripturae reliquiis certa correctione potest restitui: sed aliorum multorum, quorum non nisi recentiores codices nunc exstant, iniquior est conditio, nam interpolatos esse satis constat, antiquam scripturam in plerisque locis non nisi ancipiti coniectura et

incerta divinatione possumus expiscari. Praeterea lectores docti indoctique passim in librorum marginibus adleverunt aliquid explicationis, si quod antiquum vel rarius vocabulum vel antiqua dialectus vel nomen proprium occurreret: vel si quid ad sententiam explicandam aut supplendam sibi monendum videretur: vel iudicium suum adscripserunt, ubi videbatur aliquid laudandum aut carpendum: quae omnia adscripta primum aut superscripta tandem irrepserunt in textum, expulsis saepe genuinis succedentia, saepe in alienum locum inserta sensumque turbantia. Supervenere, reperta arte typographica, primi editores, docti sane homines ut pro illis temporibus et diligentes, sed destituti ea accuratiore doctrina qua nunc post indefessa trium saeculorum studia gaudemus. Hi quemcumque primum codicem e situ et squalore protractum vili pretio emerant propere edere, post editionem scriptum librum utpote nullius iam pretii abiicere solebant, id quod Aldos quoque factitasse Venetiis comperi. Hinc saepe ex uno omnium deterrimo codice Graecus scriptor maculis et mendis obsitus primum prodiit in lucem: has editiones alii crebro cum ipsis vitiis repetierunt, alii qui correctiones tentare voluerunt audendum aliquid in re conclamata arbitrati demendo addendo et quovis modo interpolando fidem librorum dubiam reddiderunt. His

tamen utcumque corruptis et temere correctis tota linguae et antiquitatis scientia superstructa est: unde intelligi facile potest quantae ineptiae in Grammaticam artem primum, deinde in Historiam et Antiquitates e depravata scriptura invectae sint. Indubitata et certa esse quaecumque alicubi legerentur putantes, nihil in verborum forma, sensu, compositione tam firmum credebant, quin, si unus et alter locus alicunde afferretur, cum diversissimis misceri confundique posse in animum inducerent et annotationibus perlongis et perdoctis evincerent. Errantem multitudinem, quae semper inanem auctoritatem sequi quam dubitandi salubritatem adhibere maluit, iam olim ad meliorem mentem revocare conati sunt viri egregii, quorum princeps in hac ipsa Academia, Josephus Scaliger, videtur mihi paene perfecti critici imaginem referre. Nempe hi sanam rationem secuti, comparata sibi accurata linguae scientia, explorata singulorum auctoritate perspectoque penitus cuiusque scriptoris ingenio et consuetudine, fraudes librariorum et corruptelas manifestis indiciis deprehendebant, quae spuria et supposita essent certis notis a genuinis discernebant, aegris ac depravatis sive ex antiquis membranis sive ex ingenio pristinam formam restituebant. Horum exemplum ingens doctorum hominum numerus omni tempore imi-

tatus est, in quibus nimis multos fuisse dolendum est, qui huic officio impares aut rem praeclaram ad suam tenuitatem contraherent aut mobilis ingenii velocitatem nullo rationis freno coercentes sine ullo fructu omnia tumultu et turbis implerent. Illi nil nisi variantium lectionum acervos undique sedulo corradunt, onerantes cuiusque generis scriptores molesto inutilique apparatu, quo saepe nihil est ad exstinguendum ingenium magis idoneum, in minutissimis quibusque loquaces putidaque diligentia verbosos commentarios et nubem exemplorum, quae nemo desideret, consarcinantes. Hinc fit ut nimis multi ab arte critica abhorreant, quam ita comparatam esse putant, ut numquam ex hac quisquiliarum supellectile emergere possit. At longe secus est. Constare coepit inter multos maiorem partem istius farraginis discrepantium lectionum abiiciendam esse et standum auctoritate paucorum librorum, interdum unius, unde reliquos fluxisse exploratis omnibus et inter se comparatis compertum sit. Haud ita magna copia est antiquarum membranarum, quae paucis ante renatas literas saeculis solae servabant eos scriptores, quos nunc habemus superstites. Excitatis denuo hominum studiis magna ex iis apographorum frequentia passim facta est: ita crevit quidem codicum numerus sed sine ullo emendandae lectionis subsidio:

contra novi semper errores ex librariorum stupore et Graeculorum temere corrigentium libidine pristinis erroribus addebantur. Haec omnia diu eruditi editores undique collecta tamquam in horrea recondebant, unde expromeret sibi quisque quod ad eruendam genuinam lectionem facere videretur. Frustra: nam deletis ut plurimum antiquae scripturae vestigiis supererant dormitantium librariorum hallucinationes unde nil quidquam bonae frugis extundi, sed levibus correctiunculis ansa dari soleret. Tandem patrum maxime nostrorum memoria intellectum est ex antiquioribus et limpidioribus fontibus unice esse hauriendum, constititque admodum pauca esse, quibus fides satis tuto haberi posset. Reperti sunt nonnullorum scriptorum codices archetypi, ex quibus reliqui omnes, qui ubique feruntur, sunt propagati: nec vana spe auguramur fore, ut aliquando aut unus aut perpauci Codices Mss. unicuique scriptori omne lectionis et emendationis fundamentum sint suppeditaturi.

Iis, qui comportanda sedulo materia Critici officio sese satis recte fungi arbitrantur oppositi illi sunt, qui spreta vetustorum librorum auctoritate sed feraci ingenio confisi sana pariter et vitiosa subito natis coniecturis sollicitant, tanta facilitate semper aliquid novi parientes ut eadem variis simul modis refingant, mox alia etiam atque alia af-

ferant, subinde crepantes nil verius neque elegantius reperiri posse. Horum desultoria levitas, ut fieri solet, effecit ut alii in contraria omnia currerent, qui illam petulantiam indignati, actum esse de veteribus libris clamitant, ni tantae temeritati obviam eatur: nihil omnino tangendum vel movendum contra membranarum fidem et auctoritatem imperiosi contendunt. Omnia sibi satis intelligere et defendere posse videntur: nihil est adeo absurdum quin expromant alicunde unum et alterum locum similem, unde vulgatam scripturam *ferri posse* et *tolerabilem*, ut aiunt, sententiam continere demonstrant scilicet. Inter utrosque media via incedendum esse iis, qui veterum monumentorum boni interpretes esse velint, apertum est. Pariter errant, qui incorrupta temere tentant et qui explicant depravata. Sanior Grammatica omnes sponte ducit ad Criticam, neque natura cuiquam illam facultatem negavit nisi cui negavit omnino iudicium: ad hanc mature ita informandi sunt iuvenes, ut in cognoscenda antiquitate non cum libris sibi agendum sed cum hominibus intelligant: multi enim scripta Veterum tamquam oracula quaedam vel Sibyllina folia contemplantur, ubi abstrusa sint omnia et peregrina nec ad morem modumque nostrum metienda. Imo vero homines semper et ubique sunt homines: non coeli temperies, non reip. forma, leges, instituta,

mores, religiones tantum umquam efficient discrimen, ut homo hominem penitus cognoscere non possit. Animo et cogitatione una vivendum colloquendumque cum iis est, quos intelligere et imitari studeas. Contrahenda cum singulis assidua lectione notitia est et familiaritas, ut veluti loquentes audias et praesens praesentes intuearis. Ita perspicitur cuiusque ingenium et indoles, ita homines nosse discimus et sapere, quod non tantum recte scribendi sed etiam scripta recte intelligendi fons est et principium. Ita demum quid dicere vel cogitare aliquis non potuerit, quid contra e more suo ac natura debuerit e vestigiis depravatorum librorum certa correctione potest restitui. Ita demum apparet aliud esse incertas coniecturas proiicere, aliud manifestas emendationes reperire. O quoties indignatus languidas interpolationes, quae summorum ingeniorum reliquias deturpant exclamaveris: hoccine ergo Homerum aut Aristophanem aut Platonem aut Demosthenem ita dicere potuisse in animum homines induxerunt! Apparet numquam cognovisse, quem tam dissimilem sui credant esse posse, ut qui in aliis nil moliatur inepte, in aliis turpiter hallucinetur. At humani nihil neque ab sese neque ab ullo alio homine alienum esse putandum respondent: errare et labi humanum esse et dormitare interdum etiam prae-

stantissimum quemque. Quasi vero inde quoslibet errores in quemlibet cadere posse sequeretur! Eorum valere debet in his sensus et iudicium, qui natura et indole et longa consuetudine iis, quos interpretantur et emendant, facti sunt similiores. Non omnium animi capere possunt summorum virorum et capitalium ingeniorum praestantiam atque hic est unus omnium praeclarissimus Literarum fructus, ut a magnis viris, quibuscum diu una vixeris, trahas aliquid, quo animus ad eandem altitudinem et spiritus erigatur. Fructus ille ne nonnullorum abusu cuiquam illorum pereat, qui in hac vita non nummos ante omnia, non honores, non gaudia quaerunt, sed cultu ingenii ad veram virtutem et humanitatem enituntur, omni ope et studio cavendum. Nam quemadmodum unusquisque, cui viri alicuius praeclari felix ingenium virtutesque ac merita in quotidianae vitae usu e propinquo spectare et cognoscere contigit, meliorem se quotidie sentit fieri et cultiorem, sic qui cum praeclarissimo quoque Veterum, quorum monumentis hanc, qua fruimur, humanitatem fundatam nixamque esse constat, eam quam diximus notitiam et familiaritatem contraxerit, si quid esset in se sordidum vel abiectum paulatim sentit abstergi, alique et confirmari una cum morum et ingenii elegantia ardentem eum veritatis et aequitatis

amorem generosumque dignitatis suae et libertatis sensum, quibus humano generi ad perfectam virtutem et felicitatem propius semper accedere a Deo Optimo Maximo datum est.

Graviter mihi commovetur animus, quum Vos alloquor, Illustrissimi huius Academiae Curatores, viri aetate et meritis venerabiles, honoribus et auctoritate amplissimi, quorum suffragiis probatus et augusto Regi commendatus hanc docendi provinciam adeptus sum, qua nihil mihi vel honorificentius vel exoptatius poterat contingere.

Quas umquam Vobis dignas agam gratias, quod ea de me studiisque meis sperare in animum induxistis, ut hos iuvenes ad omnem solidae eruditionis et verae humanitatis laudem informandos meae potissimum curae ac fidei committere volueritis.

Hanc ego Vestram spem et fiduciam ne fallam, si quid est in me ingenii industriaeque, omni ope intentisque viribus omnibus strenue enitar. At vel sic tamen vereor ne multa in me sitis desideraturi, quae ne perpetuo desint maturior aetas et assidua exercitatio, spero, efficient. Sed quidquid desiderabitis gratum erga Principem animum, summam in Vobis colendis et observandis

reverentiam, ardentem literarum amorem studiumque de hac Academia, de his iuvenibus optime merendi desiderabitis numquam.

Quid mihi animi esse censeatis, viri clarissimi, quos ante hos paucos annos discipulus suspicere et revereri solitus nunc dulci collegarum nomine possum salutare.

Neque tamen propterea aut Vos mutati aut ipse mihi non idem qui antea videor esse. Nam numquam mihi morosi aut severi magistri fuistis, sed ea semper vestra fuit erga me benevolentia et benignitas, ut multis prope in amici loco essem. Itaque hoc erat in votis, quod nunc in maxima felicitatis meae parte pono, ut in hac Academia, id est Vobiscum, vivere mihi daretur. Nempe ita mihi maxime et vita suavis et studiorum fructus uberes fore videbantur, si vivere possem Tecum, optime Bake, quem quanti faciam, quanta pietate et caritate prosequar, utinam ita dicere valerem, ut Tu de me meritus es et sentit in pectore animus. Non est meae modestiae Tuas laudes praedicare sed iuvat palam hic profiteri posse, gratulari me mihi, qui talem amicum, talem studiorum ducem et moderatorem habuerim: habuerim vero — imo habeam et utinam diu sim habiturus! nam nunc cummaxime ad

Tuam mihi amicitiam, doctrinam, prudentiam, humanitatem erit confugiendum ut vita mihi et studia ad Tuum exemplum componantur et ita demum profecisse me intelligam quo magis me Tibi et probatum et acceptum et similem sentiam fieri.

Tecum, praestantissime Peerlkamp, qui ex quo adolescens ab ore Tuo pendebam, mihi optime velle studiaque mea incendere et adiuvare numquam desiisti. Bene me nosti animumque erga Te meum et facile credes candide sancteque pollicenti, qualem olim discipulum habueris, talem me nunc Tibi fore collegam.

Tecum, carissime Geel, qui me ut pater filium semper carissimum habuisti: et recte fecisti: nam hunc ego amorem Tuum mereor, qui Te, ut patrem filius, diligo et veneror, dumque vivam, diligam et venerabor. Numquam ex animo meo delebitur suavissima illorum temporum memoria quum artis criticae iuvenilia quaedam pericula ad Te iudicem afferrem, quum Tu trepidanti animos adderes, dubitantem confirmares, errantem leniter et facete, ut soles, admoneres ac retraheres. Hoc tum, probe memini, *συμφιλολογεῖν* appellare solebas. Carentem patria ac subinde e desiderio animi pendentem nil iucundius et efficacius reficiebat et recreabat, quam Tuae epistolae lepidae illae et hilares et doctae prudenti-

busque consiliis refertae, quae mihi amissam patriam civiumque virtutem et sanam eruditionem reddebant. O utinam Tibi pro talibus meritis ita semper laeta omnia ac prospera eveniant, ut Tibi gratus animus meus apprecatur.

Tecum, vir egregie VAN ASSEN, qui severiorem disciplinam cum literarum amoenitate feliciter coniungens, amicitia Tua, qua glorior, vitam mihi et studia suavissimo elegantiae sensu imbuisti et mature consiliis exemploque Tuo veterum sapientiam et humanitatem in vitae fructum cultumque vertere docuisti. Erga Te et erga Vos omnes, collegae coniunctissimi, idem mihi nunc, qui olim fuit, est animus, ut merita Vestra, eruditionem et doctrinam plurimi faciam mihique in exemplum proponam. Recipite me, quaeso, in Vestram amicitiam, aut olim conciliatam, si merebor, servate et confirmate. Mihi candorem meum et modestiam non verbis nunc polliceri, sed factis postea praestare in animo est.

Vos denique laetus compello, ornatissimi iuvenes, spes Academiae et patriae, studiorum commilitones iucundissimi. Aperui vobis quam viam in colendis literis simus ingressuri, id unice docendo quaerentes, ut ne semper docendi essetis. Eo iam estis gradu aetatis et studiorum ut non amplius securi aliorum aucto-

ritatem sequi, sed ipsi rerum fundamenta et principia explorare debeatis et vobismet ipsis credere non in magistri alicuius verba iurare. Ardua res est, fateor, et magni laboris. Sed quis umquam in Hollandia nostra laudis cupidus detrectavit laborem? Si bene vos novi, nemo est vestrum, cui inertia et segnities industria et labore sit potior. Sunt fortasse quos rei difficultas absterreat: sed assiduitate et diligentia etiam gravissima quaeque levia fiunt, et ubi aliquantum constanti animo processeris difficultatem operis suavitas compensat superatque. Studiorum me ducem habebitis et comitem, qui longi itineris partem prior emensus nunc sociis et amicis viam commodiorem, saepe compendiariam, monstrare possim. Nec tristem me magistrum habebitis sed amicum prope aequalem, quippe qui mihi etiamnunc videar unus de vobis esse. Non parcam operae, ut vobis studiisque vestris prosim et quo ipse totus ardeo literarum amore, eodem vos omnes incendam, non tantum qui in his literis vitae tabernacula ponere decrevistis sed vos etiam quibus inde ad alias disciplinas aditus panditur: nam est mihi hoc persuasum, neminem ad quamcumque disciplinam accedere paratiorem, quam qui ingenium afferat literarum studiis ita politum, ut mature verum quaerere et certis indiciis agnoscere didicerit.

Agite igitur, generosi adolescentes, incumbite in ea humanitatis studia, quibus maiores nostri solidiorem sibi gloriam quam divitiarum splendore et terrore armorum comparaverunt. Hanc ne nostra ignavia sinamus perire, sed laude nostra confirmatam auctamque posteris tradamus!

DIXI.

ANNOTATIONES.

Pag. 6. *Incredibile dictu est quam putidas et insanas derivationes protulerint*). Morbus ille, qui diu multumque etiam in patria nostra grassatus est, quamquam multum de pristina violentia remisit, tamen nondum desiit saevire. Nemo nunc quidem sine risu legat quae ex antiquiorum commentariis excerpsit Eustathius p. 1384, 58. παρωνόμασται δὲ ἀπὸ τῆς πόσεως ὁ πόσις, ὡς δοκεῖ παλαιοῖς, διὰ τὴν σπερματικὴν ὑγρότητα, ὡς καὶ ὁ ἄρσην ἀπὸ τοῦ ἄρδειν καὶ ὁ υἱὸς ἀπὸ τοῦ ὕειν. διὸ καὶ τὸ ὀπύειν ἐντεῦθεν αὐτοῖς ἐδόκει παράγεσθαι οἱονεὶ τὸ διὰ τῆς ὀπῆς ὕειν, ὅθεν ὁ υἱός. Sepulta dudum ista credas et omnes iam resipuisse. Multum abest. Non moror quidem homunciones complusculos, qui in istis sibi placent ac sperant hinc aliquando se primaevam humani generis linguam et vocabula, quibus primi homines usi sint, reperturos, nam video eos non magis nocere Literis quam prodesse, sed dolet Lobeckium, Germanorum qui has Literas colunt longe doctissimum, in *Technologia verborum Graecorum*, quam ante hos paucos menses edidit, scribere potuisse p. 41. »Οἴφω *et* ὀπυίω *fortasse paronyma sunt ab* ὀπή *hoc est ab ea corporis parte unde scorti nomen*

βορβορόπη." Actum est de saniore grammatica, si ista probabuntur. Quin etiam istud *βορβορόπη* non est Graecum, quamquam ita visum est Eustathio, parum idoneo iudici pag. 862, 45 et 1329, 33. ubi legitur: *ςόμα τὸ οὕτως ἀποπτύον ὅνθου λεχθείη ἂν καὶ βορβόρου ὀπή, ὅπερ κατὰ παλαιὰν ἱςορίαν συνθεὶς ὁ βαρύγλωσσος Ἱππῶναξ βορβορόπην ὕβρισε γυναῖκά τινα.* Analogia Graeci sermonis istam formam eo sensu respuit et Eustathium ut sexcenties alibi vitiosi codices deceperunt. Qui cum Hesychio v. *βορβορωπόν. αἰσχρὸν, βορβόρῳ ἐμφερές,* conferet Suidam in *μυσαχνὴ* et *βορβόροπιν κῆπον* nullo negotio restituet Hipponacti suum: *βορβορωπὸν κῆπον*, quo convicio homo acer *spurcam meretricem* insectabatur.

Fugit hoc fragmentum diligentiam Schneidewini et Meinekii.

p. 10. *Qui docte scribere volebant obsoletorum verborum cadavera effodiebant*) Legat mihi ad haec aut relegat aliquis Luciani Lexiphanem, quem p. 342 ita increpat: *ζητῶ πρὸς ἐμαυτὸν ὁπόθεν τὰ τοσαῦτα κακὰ συνελέξω καὶ ἐν ὁπόσῳ χρόνῳ καὶ ὅπου κατακλείσας εἶχες* (Leg. *ἔχεις*) *τοσοῦτον ἑσμὸν ἀτόπων καὶ διαςρόφων ὀνομάτων, ὧν τὰ μὲν αὐτὸς ἐποίησας, τὰ δὲ κ α τ ο ρ ω ρ υ γ μ έ ν α π ο θ ὲ ν ἀ ν α σ π ῶ ν κατὰ τὸ ἰαμβεῖον·*

Ὄλοιο θνητῶν ἐκλέγων τὰς συμφοράς.

Imo vero isti *ὀνοματοθῆραι* saepe ne intelligebant quidem veteres *γλώσσας*, quibus suam orationem tamquam gemmis distinguere studebant. Lucianus p. 348. *τὸ μέγιςον ἁμαρτάνεις ὅτι οὐ πρότερον τὰς διανοίας τῶν λέξεων προπαρεσκευασμένος ἔπειτα κατακοσμεῖς τοῖς ῥήμασι καὶ*

τοῖς ὀνόμασιν ἀλλ' ἤν που ῥῆμα ἔκφυλον εὕρῃς ἢ αὐτὸς πλασάμενος οἰηθῇς εἶναι καλὸν τούτῳ ζητεῖς διάνοιαν ἐφαρμόσαι καὶ ζημίαν ἡγῇ ἂν μὴ παραβύσῃς αὐτό ποι κἂν τῷ λεγομένῳ μηδ' ἀναγκαῖον (fort. μηδὲν οἰκεῖον) ᾖ, οἷον πρῴην τὸν θυμάλωπα οὐδ' εἰδὼς ὅ τι σημαίνει ἀπέρριψας οὐδὲν ἐοικότα τῷ ὑποκειμένῳ. καὶ οἱ μὲν ἰδιῶται πάντες ἐτεθήπεσαν ὑπὸ τοῦ ξένου πληγέντες τὰ ὦτα, οἱ πεπαιδευμένοι δ' ἐπ' ἀμφοτέροις καὶ σοὶ καὶ τοῖς ἐπαινοῦσιν ἐγέλων. Facete Demonax, de quo Lucianus p. 385 haec refert: καὶ μὴν κἀκείνων καταγελᾶν ἠξίου τῶν ἐν ταῖς ὁμιλίαις πάνυ ἀρχαίοις καὶ ξένοις ὀνόμασι χρωμένων. ἑνὶ γοῦν ἐρωτηθέντι ὑπ' αὐτοῦ λόγον τινὰ καὶ ὑπεραττικῶς ἀποκριθέντι· ἐγὼ μέν σε, ἔφη, ὦ ἑταῖρε, νῦν ἠρώτησα, σὺ δέ μοι ὡς ἐπ' Ἀγαμέμνονος ἀποκρίνῃ. Similis lepor est in re simili ipsius Luciani p. 344. ἡμᾶς τοὺς νῦν προςομιλοῦντας καταλιπὼν πρὸ χιλίων ἐτῶν ἡμῖν διαλέγεται. Idem malum Romanos et Latinam linguam vexavit. Augustus, auctore Suetonio cap. 86, *genus eloquendi secutus est elegans et temperatum, vitatis — reconditorum verborum, ut ipse dicit, foetoribus*. Idem Tiberio non parcebat *exoletas interdum et reconditas voces aucupanti*. Favorinus apud Gellium I. 10 adolescentem *veterum verborum cupidissimum et plerasque voces nimis priscas et ignotissimas in quotidianis sermonibus expromentem* hisce increpat: »*Tu proinde quasi cum matre Euandri nunc loquare sermone abhinc multis annis iam desito uteris, quod scire atque intelligere neminem vis quae dicas.*" Sed legendus totus locus est, cui addendus alter lib. XI. cap. 7.

Pag. 11. *aut procudebant nova ad omnem ana-*

logiae formam deficiente pulchri sensu eleganti-aeque temere efficta) Solet utrumque vitium in Graeco sermone eorumdem hominum esse et vocum obsoletarum aucupium et in novis inepte fingendis aut componendis κακοζηλία. Apparet in Lexiphane Lucianeo, qui simul ex antiquissimis Atticorum poëtis prisca verba et locutiones excerpebat, simul de suo stulte verba fingebat aut usitatis ac tritis inusitatam et inauditam significandi potestatem tribuebat tanta stoliditate, quantam vix credas in homines natos in media Graecia cadere potuisse, nisi plurimis undique exemplis satis constaret. Plurima de genere hoc docte ac diligenter collegit Athenaeus lib. III. p. 97 sqq. in his etiam antiquorum vitia sermonis, inter quos et Sophoclem mireris esse, cui imprudenti excidit ἰσχὰς νηός pro *ancora* in hoc senario:

Ναῦται δ' ἐμηρύσαντο νηὸς ἰσχάδα.

Componenti inter se utrumque scriptorem facile apparebit lectitatum esse Luciano locum Athenaei, ut qui bene multa inde in rem suam verterit, etiam Sophocleam ἰσχάδα pag. 341 ὥσπερ εἴ τις — ἔκτοράς τινας ἀμφιστόμους καὶ ἰσχάδας σιδηρᾶς ἀφεὶς καὶ ναυσιπέδας ἀναχαιτίζοι τοῦ δρόμου τὸ ῥόθιον. Ineptum ἔκτορας sumsit ab Lycophrone, quem acerbe sed merito perstringit p. 350 Καθάπερ ὁ Δωσιάδα βωμὸς ἂν εἴη καὶ ἡ τοῦ Λυκόφρονος Ἀλεξάνδρα καὶ εἴ τις ἔτι τούτων τὴν φωνὴν κακοδαιμονέστερος. Versus Lycophronis laudatus a Casaubono ad Athenaeum p. 195 est:

Πεύκης ὀδόντας ἔκτορας πλημμυρίδος.

Sumsit autem ab Athenaeo Lucianus τὸν ἄχρηστον

φαινόλην quod significat scilicet τὸν καινὸν καὶ οὐδέπω ἐν χρείᾳ γενόμενον, deinde τὰς βλαύτας τὰς ἀφορήτους, ubi scribit pag. 335. λαβὼν ἄχρηστα ἱμάτια εὐήτρια καὶ ἀφόρητα ὑποδήματα ἐξέφρησα ἐμαυτόν. Tum ἀπολούμενος pro eo, *qui lavat aut lavaturus est*, occurrit apud utrumque: ἀπολούμενος ἐπείγομαι est apud Athenaeum, et mox: πρότερον συντριβησόμεθον, ἔπειθ' οὕτως ἀπολούμεθον: hinc apud Lucianum p. 323. χαίρω δὲ μετὰ κάματον ἀπολούμενος, et p. 328. εἶτα συντριβέντες — ἐξήειμεν. Quod legitur apud Athenaeum ὀπτὸς γάρ ἐστί μοι τάριχος melius servatum est apud Lucianum p. 335. πυθόμενος ὅτι ὁ στρατηγὸς ὀπτός ἐστι (scilicet vocabulum ab ὦπται derivatum est). Τὰ καύματα de *frigoribus* apud utrumque est et ἄδικος ἡμέρα, id est ea δι' ἧς τὰ δικαστήρια οὐ συνάγεται, et ἀκάθαρτος γυνή, nempe ἧς ἐπεσχημένα ἦν τὰ γυναικεῖα. Portentosa alia sunt apud alterutrum, veluti τὸ δεῖπνον ἦν ἀπὸ συμφορῶν pro συμβολῶν Lucian. p. 329. λάχανα ὑπερφυῆ pro ὑπὲρ τῆς γῆς πεφυκότα opposita τοῖς ὑπογείοις, ἄλογος ἡμέρα, in qua *tacent* causarum patroni, et ἀλογίαν ἐπιτάττειν pro *silentium imponere* p. 341 et κατουρεῖσθαι pro *secundo vento uti*, quum sit *lotio conspergi*. Notatur a veteribus criticis ista κακοζηλία in multis, praesertim poëtis, qui κατάγλωττα poëmata faciebant, ut in Euphorione, qui Iasonem inepte ναυαγὸν dixit, significans τὸν ἄγοντα τὴν ναῦν et draconem, qui Hesperidum hortum custodiebat, κηπουρόν, teste Helladio apud Photium p. 532 Bekk. Sed palmam stoliditatis in hoc genere caeteris praeripuit Dionysius, Syracusarum tyrannus, quem constat plurima huiusmodi in Tragoediis posuisse: in his μέναυ-

δρον appellavit *virginem*, ὅτι μένει τὸν ἄνδρα, βαλάντιον *iaculum*, ὅτι ἀντίον βάλλεται, μυςήρια *latibula murium*, ὅτι τοὺς μῦς τηρεῖ, σκέπαρνον *lanam*, ὅτι σκέπει τοὺς ἄρνας, ἐριώλην *paenulam*, οἷον ὄλεθρον οὖσαν τῶν ἐρίων, denique *pistillum*, nempe τὸν τῆς θυίας τριβέα, magnifice nuncupavit θυέςην. vid. Athen. III. p. 98. et excerpta Helladii l. l. qui haud illepide subiungit: εἰκότως ἄρα τῆς τῶν τοιούτων ἀκροάσεως τὰς λατομίας μᾶλλον ᾑρεῖτο Φιλόξενος.

Rectissime Augustus ap. Sueton. 86. *cacozelos et antiquarios ut diverso genere vitiosos pari fastidio sprevit*. At κακοζηλίαν istam evitare hominibus emunctae naris erat facillimum, contra a verbis veteribus et obsoletis abstinere Graeci nec poterant nec volebant, quippe qui ex assidua veterum lectione omnem linguae, qua in loquendo et scribendo uterentur, cognitionem petebant. Exemplo est ipse Lucianus, qui quum Lexiphanis ineptias exagitat p. 348 utitur hisce: μάλιςα δὲ Χάρισι καὶ σαφηνείᾳ θῦε — καὶ ὁ τῦφος δὲ καὶ ἡ μεγαλαυχία καὶ ἡ κακοήθεια καὶ τὸ βρενθύεσθαι καὶ λαρυγγίζειν ἀπέςω. Atqui istud βρενθύεσθαι et λαρυγγίζειν ex prisco Atticorum sermone sumsit; utrumque est apud Aristophanem, quem Plato sequitur et Demosthenes: hinc doctis innotuerunt et crebro usu frequentata sunt: reliqua Graecorum multitudo, (quos solent illo tempore ἰδιώτας appellare, oppositos τοῖς πεπαιδευμένοις, qui veterem linguam callebant, et vocabula iis usurpata et ab antiquo sermone aliena ἰδιωτικά) ista ne intelligebat quidem. Itaque hoc homines docti nec sibi neque aliis vitio vertebant, modo ne *nimis* prisca et

casca essent. Longinus apud Walzium in Rhett. Gr. Tom. IX. p. 560. πεφύλαξο δὲ τοῖς λίαν ἀρχαίοις καὶ ξένοις τῶν ὀνομάτων καταμιαίνειν τὸ σῶμα τῆς λέξεως. Is vero pulcherrime et optime scribere putabatur, qui linguam veterum Atticorum, quam multo studio ex eorum libris didicerat, commode poterat imitari. Audi suadentem Lucianum p. 347. εἴπερ ἄρ' ἐθέλεις ὡς ἀληθῶς ἐπαινεῖσθαι ἐπὶ λόγοις — ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν ἀρίςων ποιητῶν ἀναγνοὺς μέτιθι ἐπὶ τοὺς ῥήτορας καὶ τῇ ἐκείνων φωνῇ συντραφεὶς ἐπὶ τὰ Θουκυδίδου καὶ Πλάτωνος ἐν καιρῷ μέτιθι πολλὰ καὶ τῇ καλῇ κωμῳδίᾳ καὶ τῇ σεμνῇ τραγῳδίᾳ ἐγγεγυμνασμένος. παρὰ γὰρ τούτων ἁπάντων τὰ κάλλιςα ἀπανθισάμενος ἔσῃ τις ἐν λόγοις. *Haec ipsa quae scribo*, ait Lucianus ad veteres philosophos, qui ex Orco redierant p. 575, πόθεν ἄλλοθεν ἢ παρ' ὑμῶν λαβὼν καὶ κατὰ τὴν μέλιτταν ἀπανθισάμενος ἐπιδείκνυμαι τοῖς ἀνθρώποις; οἱ δ' ἐπαινοῦσι καὶ γνωρίζουσιν ἕκαςον τὸ ἄνθος ὅθεν καὶ παρ' ὅτου καὶ ὅπως ἀνελεξάμην καὶ λόγῳ μὲν ἐμὲ ζηλοῦσι τῆς ἀνθολογίας τὸ δ' ἀληθὲς ὑμᾶς καὶ τὸν λειμῶνα τὸν ὑμέτερον, οἳ τοιαῦτ' ἐξηνθήκατε ποικίλα καὶ πολυειδῆ τὰς βαφὰς εἴ τις ἀναλέξασθαί τ' αὐτὰ ἐπίςαιτο καὶ ἀναπλέξαι καὶ ἁρμόσαι ὡς μὴ ἀπᾴδειν θάτερον θατέρου. Verum nihil ex hoc laborioso artificio nasci poterat, quod non languidum et aegrum esset et fastidium pareret τῷ συνειθισμένῳ, ut scribit Longinus p. 561, τῶν εὐρύθμων καὶ ἀποτετορνευμένων καὶ ςρογγύλων ἀποδέχεσθαι λόγων καὶ τετριμμένῳ τὰ ὦτα πρὸς τὴν σύνθεσιν τῶν τε σεμνῶν καὶ ἀρχαίων. Satias capit animum ubi eos vides simplicem ac tritam sententiam loquaci ornamentorum

ostentatione obruere et longas trahere periodos, ut flosculos alicunde decerptos omnes tamquam in corona nectere possint. Vultis exemplum. Scriptor nescio quis in Walzii Rhett. Gr. IX. p. 570, qui olim Apsinis nunc Longini nomen ementitur (ut demonstrabit propediem vir cl. Bakius), disserens de memoria haec scribit: ἡ γὰρ κρᾶσις τῆς ψυχῆς σύμμετρος οὖσα καὶ δικαία κατὰ τὴν ἁρμονίαν τῶν δυνάμεων καὶ οἷον κηρὸς ὠργασμένος εὔπλαστος μὲν καὶ εὐάγωγος καὶ μὴ σκληρὸς μηδ᾽ ἀντίτυπος μηδ᾽ ἀτέραμνος μηδ᾽ αὖ μαλακός τε καὶ διαρρέων ὡς συγχεῖσθαι τοὺς τύπους καὶ ἐξιτήλους γενέσθαι συμπιπτόντων τῶν χαρακτήρων καὶ τῶν γραμμάτων ἀναλαμβάνει καθάπερ ἐκμαγεῖον καὶ διατυποῦται ῥᾳδίως ὑπὸ τῶν φαντασμάτων τορνευόμενός τε καὶ γραφόμενος ἐναργέσιν ὥσπερ καὶ νεοχαράκτοις σημείοις τῆς ἐπιστήμης, et alia multa huiusmodi. Nil nisi τερετίσματα sunt sive nugae canorae, in quibus est, ut scribit alicubi Patrum elegantissimus Synesius, νοῦ μὲν αὐχμὸς λέξεως δ᾽ ἐπομβρία. at quanta elocutionis ornamenta sedulo ex Platone potissimum collecta, quae copia, quae magnificentia verborum! Peius etiam est in Poëtis, qui saepe nil nisi Homeri λέξεις lepide componunt, ut ille ait, *ut tesserulas omnes Endo pavimento et emblemate vermiculato:* quod indigne ferens Pollianus in Epigrammate, simul Callimachi et aliorum κακοζηλίαν subsannans, suaviter ita canit, Anthol. Pal. II. p. 358.

Τοὺς κυκλίους τούτους τοὺς α ὐ τ ὰ ρ ἔ π ε ι τ α λέγοντας
Μισῶ, λωποδύτας ἀλλοτρίων ἐπέων.
Καὶ διὰ τοῦτ᾽ ἐλέγοις προσέχω πλέον· οὐδὲν ἔχω γὰρ
Παρθενίου κλέπτειν ἢ πάλι Καλλιμάχου.

Θηρὶ μὲν οὐατόεντι γενοίμην, εἴποτε γράψω,
εἴκελος, ἐκ ποταμῶν χλωρὰ χελιδόνια.
οἱ δ' οὕτως τὸν Ὅμηρον ἀναιδῶς λωποδυτοῦσιν
ὥςε γράφειν ἤδη· Μῆνιν ἄειδε θεά.

Pag. 11. *Qui acriter cum soloecismis bella gerebant magistelli cum suis ineptiis contemnebantur*) Postquam sinceritas sermonis Graeci ea, qua diximus, labe inquinata est et doctiores omnes linguae cognitionem ex libris non ex vita haurire coeperunt, nata est odiosa consuetudo carpendi sermonis vitia, requirendique, qua veteris scriptoris auctoritate vocabulum, de quo ambigebatur, niteretur. Cui ignotus est Athenaei κειτούκειτος, de quo scribit I. pag. 1. οὗτος ὁ ἀνὴρ νόμον εἶχε μηδενὸς ἀποτρώγειν πρὶν εἰπεῖν· κεῖται ἢ οὐ κεῖται; οἷον εἰ κεῖται ὥρα ἐπὶ τοῦ τῆς ἡμέρας μορίου καὶ εἰ ὁ μέθυσος ἐπ' ἀνδρός et similia, quae passim apud Athenaeum leguntur. Multa quae huc faciunt dabunt Pollux et morosus censor verborum Phrynichus. Apposite K. Lehrs in Quaestt. Epicis p. 10, locum Philostrati attulit e Vit. Sophist. p. 578 ἐκφύλου δ' αὐτὸν (Philagrum) ῥήματος ὡς ἐν ὀργῇ διαφυγόντος λαβόμενος ὁ Ἀμφικλῆς — παρὰ τίνι τῶν ἐλλογίμων τοῦτ' εἴρηται; ἔφη. Καὶ ὅς· παρὰ Φιλάγρῳ. Sed instar omnium est Luciani Ψευδοσοφιςὴς ἢ Σολοικιςής, unde simul apparet quibus sordibus vulgus Graecorum patrium sermonem iam tum corruperit, simul quam indocti et inepti fuerint isti magistri, qui ceteros castigare et reprehendere solerent: vide omnino Lehrsii locum supra laudatum. Post multos putidissimos errores, in quibus nil mali suspicatus fuerat, ait p. 556. σὺ δ' οὐδὲν εἶπας ὧν ἄνθρωποι σο-

λοικίζοντες λέγουσιν, unde coniectura fieri potest de iis soloecismis, quos iste in reliquis arguere soleret. Ridemus nunc hominem, qui *νῶϊ τοῦτο δοκεῖ* potuerit dicere p. 567. ridemus pleraque alia, verum res est tam anceps et lubrica bene Graece scribere, ut nemo umquam nec recentiorum, nec veterum, qui antiquiorem sermonem Atticum imitari voluerit, satis sibi ab ridiculis et pudendis erroribus potuerit cavere. Omitto recentiores et aequales nostros, qui carmina Graeca pangunt quae neque Graeca sunt neque carmina. At Lucianus ipse quae in Soloecista reprehendit vitia dicendi, saepe alibi commisisse deprehenditur. Quin etiam in illo ipso Dialogo et Lucianus et Socrates, quem celebrat, dum castigant alios, ipsi in nonnullis graviter labuntur: *τίς γὰρ ἂν ἀποκριθείη σοι*, ait Socrates p. 561. atqui, o bone, *ἀποκριθῆναι* pro *ἀποκρίνασθαι* non magis Atticum est quam *πηνίκα* pro *πότε*, quod tu reprehendis. Idem p. 570. *ἀττικίζοντος δέ τινος καὶ τεθνήξει εἰπόντος ἐπὶ τοῦ τρίτου, βέλτιον, ἔφη, καὶ ἐνταῦθα μὴ ἀττικίζειν καταρώμενον.* Imo vero optime ille, quisquis fuit, nam Attici a *τέθνηκα* et *ἕστηκα* formarunt *τεθνήξω* et *ἑστήξω*, non ut multi Grammatici et Socrates opinabantur, *τεθνήξομαι*. Rem conficiunt Poëtarum loci, quibus solis in huiusmodi re fidendum, ut Aristophanis in Acharnensibus v. 325 Ed. Dind.

ὡς τεθνήξων ἴσθι νυνί. — δήξομἄρ' ὑμᾶς ἐγώ.

confer in eadem fabula vs. 590. Vesp. 654. Nub. 1436 cum Elmsleio ad Acharn. p. 56. Aeschylus in Agamemnone vs. 1279.

οὐ μὴν ἄτιμοί γ' ἐκ θεῶν τεθνήξομεν.

Aristoph. Lysistr. vs. 634.

ὧδέ θ᾽ ἑστήξω παρ᾽ αὐτόν.

et alibi. Lucianus ipse erravit p. 559. καὶ μὴν εἰ ταῦτ᾽ ἀγνοήσομεν οὐδὲν γνωσόμεθα τῶν ἑαυτῶν. Turpissimus soloecismus in ἑαυτῶν latuit magistellum, at Lucianum alius, minus fortasse turpis, at soloecismus tamen, quum ἀγνοήσομαι tantum non ἀγνοήσω veteres dixerint. Recte Socrates p. 569 castigat qui μελετήσω pro μελετήσομαι dicebat: recte ipse p. 564 διώξομαι usurpavit ex more Atticorum pro διώξω, at in his et similibus omnibus et Lucianus et reliqui ad unum omnes, qui ex libris Attice didicerunt, passim imprudentes aequalium morem sequuntur et Atticorum auctoritatem deserunt.

Pag. 20. *cum contemtu abiiciendi isti sunt, qui inani verborum strepitu incautos et imperitos fallere possunt*). Proferam unum, ex quo de ceteris coniectura fieri poterit. Exstat apud Athenaeum XIII. p. 597 sqq. carmen elegiacum Hermesianactis, in quo enumerat veteres Poëtas et Philosophos, qui amoris vim senserunt. In eo carmine legimus vs. 69 sqq.

Ἄνδρα δὲ τὸν Κυθέρηθεν ἀνεθρέψαντο τιθῆναι
Βάκχου καὶ λωτοῦ πιστότατον ταμίην
Μούσαις παιδευθέντα Φιλόξενον, οἷα τιναχθεὶς
ὠρυγῇ ταύτης ἦλθε διὰ πτόλεως
γιγνώσκεις ἀΐουσα μέγαν πόθον, ὃν Γαλατείης
αὐτοῖς μηλείοις θῆκαθ᾽ ὑπὸ προγόνοις.

Quis haec intelligit? Nemo hercle. Omnium minime qui interpretari conantur. Audi Hermannum in Opuscul. IV p. 249 »παιδευθέντα significat *castiga-*

tum: respicit enim poëta poenam, qua affectus a Dionysio fuerit Philoxenus: unde ille τιναχθείς, *vehementer commotus*, ὠρυγῇ, *magno cum eiulatu* per urbem Colophonem transiit in patriam Cythera." Haec ne ipsi quidem Hermesianacti affirmanti crederemus, nec sine risu nunc, opinor, si modo etiamtum serio scripsit, Hermannus ipse releget, adeo ridiculus est Philoxenus *ululans* (nam hoc est ὠρύεσθαι et ὠρυγή, non *eiulare*) ex lautumiis per Colophonem in patriam revertens. Ultima varie explicantur: alii putant sensum esse: »*amorem, quem Philoxenus primogenitis ovium foetibus, sive agnis Galateae, inesse finxit*" aliis poëta dicere videtur *Philoxenum Galateae desiderium vel ipsis agnis incussisse.* οὐδὲν ὑγιές. Ecquis autem aliquam sententiam exsculpere potest ex his vs. 79 sqq.

Οὐδὲ μὲν οὐδ' ὁπόσοι σκληρὸν βίον ἐκτήσαντο
ἀνθρώπων, σκολιὴν μαιόμενοι σοφίην,
Οὓς αὐτὴ περὶ πικρὰ λόγων ἐσφίγξατο μῆτις
καὶ δεινὴ μύθων κῆδος ἔχουσ' ἀρετή,
Οὐδ' οἳ δεινὸν ἔρωτος ἀπεστρέψαντο κυδοιμὸν
φαινόμενον, δεινὸν δ' ἦλθον ὑφ' ἡνίοχον.

In versu tertio Hermannus p. 250. corrigit αὐή et sensum opinatur esse hunc: »*quos anhelans cura disputando de rebus amoris macilentos reddidit*" εὖ νὴ τὸν Ἑρμῆν, ὅ τι λέγεις δ' οὐ μανθάνω. Nam si vel maxime αὐὴ μῆτις posset esse *anhelans cura* et σφίγγεσθαί τινα *aliquem macerare* et περὶ πικρὰ λόγων *disputando de rebus amoris*, ut nunc non potest, vel sic tamen ex versibus quinto et sexto utcumque obscuris et atris satis apparet nondum hic

de amore, quem etiam philosophi senserint, dicere poëtam. In quarto versu, si Hermanno credis, nihil est quod quemquam morari possit. Ruhnkenius κῦδος correxerat comparato versu Theognidis: κυδίστην ἀρετὴν τοῖς συνιεῖσιν ἔχει. quem duriter et inique increpans Hermannus: »*hic quoque verba ille comparavit de mente consilioque scriptorum securus*," quibus igitur primum acute perspectis Hermannus comperit sensum esse hunc: *curam in dicendo suam ponens exsangues reddidit sophistas gravis virtus.* Paene succenseas viro acutissimo, qui tam levia ipse proiiciens subinde Valckenaerios, Ruhnkenios, Porsonos cavillari audet et rodere, quos me dius fidius

μωμήσεταί τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται.

neque horum quisquam umquam in animum induxisset μύθων κῆδος ἔχειν vel apud Hermesianactem esse posse *curam in dicendo ponere*, aut τρύεσθαι περὶ πᾶσαν λαλιήν Graecum esse, aut ἀποτρέπεσθαι esse *propulsare*, aut Φθανόμενοι δεινὸν δ' ἦλθον ὑφ' ἡνίοχον, quod barbarum est et versum pessumdat, poëtae obtrudere, aut ἀποτασσόμενον vertere *distribuentem*, quae omnia Hermannus eadem pag. 250 confidenter affirmat. Dabitur ergo mihi hoc, nihil dum sani ex istis extundi potuisse. Quid multa? Totum carmen atra verborum et sententiarum caligine involutum est nec quisquam sese umquam ex his aculeis et laqueis poterit expedire. Esto: pars aliqua culpae est in librarios conferenda, qui multum et graviter peccaverunt in multis, quum coecutirent in omnibus, multos adeo versus ita pessumdederunt,

ut nulla spes salutis supersit, quos tamen multi temerariis coniecturis vexant. vide vs. 18. 38. 42 sq. 54 sq. 59 sq. 66. 98. Multa iam palmariis emendationibus restituerunt Heringa, Ruhnkenius, Porsonus. Pauca alia etiamnunc possunt erui, veluti in vs. 27 sqq.

Αὐτὸς δ' οὗτος ἀοιδὸς, ὃν ἐκ Διὸς αἶσα φυλάσσει,
ἥδιςον πάντων δαίμονα μουσοπόλων,
λεπτὴν δ' εἰς Ἰθάκην ἀνετείνετο θεῖος Ὅμηρος
ᾠδῇσιν πινυτῆς εἵνεκα Πηνελόπης.

haec nunc sensu vacua sunt, quem partim recipient si legeris:

ᾔδει τὸν πάντων δαίμονα μουσοπόλων.

Homerus quoque cognovit omnium poëtarum deum, Amorem. Sed in plerisque aliis opera luditur: vitium est ipsius poëtae, qui aut infelici audacia multa in patrio sermone novavit, quae nemo intelligere nedum mirari possit, aut verba modulata ac *τερετίσματα* fundit, parum in argumento ioculari ac levi de singulorum sententia sollicitus. Idem videmus in nonnullis poëtis aetatis nostrae, qui toti verborum luminibus collucent, quorum sententiam ne ipsi quidem satis certo perspiciunt sed obscuro quodam sensu suspicantur, quo si quis careat melius ab eorum lectione et interpretatione abstinebit. Huc refero apud Hermesianactem istud ὃν ἐκ Διὸς αἶσα φυλάσσει, quod quid tandem sibi velit nemo pro certo dicat. Eiusdem generis est usus verbi ςέλλεσθαι vs. 2 Θρῇσσαν ςειλάμενος κιθάρην et 52 ςελλομένην πολλαῖς ἄμμιγα Λεσβιάσιν, ubi Hermannus censet significare μεταπεμπομένην, *ad quam multa*

miserit carmina Anacreon: Schneidewinus: *in pompa incedens multis circumfusa puellis.* Haec adeo *exquisitiora* appellantur. Exquisitissimum igitur est vs. 2. ἔπλευσεν δὲ κακὸν καὶ ἀπειθέα χῶρον et vs. 5. λίμνη δ' ἐπὶ μακρὸν ἀϋτεῖ Ῥεῦμα διὲκ μεγάλων ῥυομένη δονάκων. Recurrit istud ῥύεσθαι vs. 77. περὶ πάντα Φιλητᾶν Ῥήματα καὶ πᾶσαν ῥυόμενον λαλιήν. quo loco nihil aliud fert sententia quam διατρίβοντα, σπουδάζοντα. At quae est ista libido ac temeritas novandi? Humile istud ac plebeium λαλιήν frustra defendit Ruhnkenius, nam non significat στωμυλίαν, ut ille putat, sed γλῶσσαν, διάλεκτον et respicitur grande opus Philetae, quo antiquorum Poëtarum γλώσσας explicuerat. Comicus apud Athen. IX. p. 383.

ἔλεγεν ἄλλα ῥήματα
τοιαῦθ', ἃ μὰ τὴν γῆν οὐδὲ εἷς ἤκουσεν ἄν.
μίστυλλα, μοίρας, δίπτυχ', ὀβελούς, ὥστε με
τῶν τοῦ Φιλητᾶ λαμβάνοντα βιβλίων
σκοπεῖν ἕκαστον τί δύναται τῶν ῥημάτων.

Deinde nihil est perplexius istis vs. 25 sq.

— πάσας δὲ λόγων ἀνεγράψατο βίβλους
ὕμνων ἐκ πρώτης παιδὸς ἀνερχόμενος.

Quid est vs. 28 εἰς Ἰθάκην ἀνετείνετο Ὅμηρος? *contendit in Ithacam*, respondent. At quis ferat ita loquentem? quid vs. 32 πολλὸν ἀπ' εὐρείης λειπόμενος πατρίδος? debet esse *remotus*, sed quo iure qui in loco procul a patria dissito vivit dici potuit λείπεσθαι ἀπὸ τῆς πατρίδος? Decepisse eum videntur loci, qualis est Homericus Il. I. 444 sq. Similiter alibi plura occurrunt tam inaudita quam illicita, veluti vs. 35 sq.

Μίμνερμος δὲ τὸν ἡδὺν, ὃς εὕρετο πολλὸν ἀνατλὰς
ἦχον καὶ μαλακοῦ πνεῦμ' ἀπὸ πενταμέτρου.

Formis εὑρεῖν et εὑρέσθαι, quae dum *vivebat* lingua Graeca plurimum significatione discrepabant, promiscue utitur Hermesianax. Pessime dicitur: Μίμνερμος εὕρετο τὸν πεντάμετρον στίχον. Peius etiam vs. 67.

εἰσόκε τοι δαίμων, Εὐριπίδη, εὕρετ' ὄλεθρον.

quod absurdum est. Praeterea εἰσόκε requirit coniunctivum, quod Graeci illius aetatis plerique omnes ignorabant. εὑρέσθαι recurrit vs. 87, ubi habemus Pythagoram κομψὰ γεωμετρίης εὑρόμενον et vs. 93, ubi Socrates Aspasiam deperire narratur, οὐδέ τι τέκμαρ Εὗρε λόγῳ πολλὰς εὑρόμενος διόδους. Deinde πολλὸν ἀνατλάς apparet ἐκ τῶν συμφραζομένων significare debere *multo labore ac studio*, quod non licuisse ita dici facile vincam. Ex reliquis nemo se extricabit. πνεῦμα τὸ πενταμέτρου legebat Lennepius. Quid prodest? Praeterea vide quam scabrosa sit verborum compositio, quam dura traiectio in primo versu, ut nitentem et anhelantem videre videaris, qui laboriosos elegos non canit, sed struit et componit πολλὸν ἀνατλάς. Alia pauca ostendisse sufficiet: ἐφομιλεῖν τινά pro μνᾶσθαι vs. 51 ex vulgari aequalium sermone videtur sumsisse. φοίτα λείπων Σάμον vs. 53 et Κολωνὸν λείπουσ' ᾖδεν vs. 58 minus bene dixit pro λιπών et λιποῦσα ut solent veteres et postulat rei natura, namque ᾖδε Κολωνὸν λείπων significat eum cantasse, quum se daret in viam. Euripides vs. 62 dicitur μῖσος κτᾶσθαι πάσας ἀμφὶ γυναῖκας, at μῖσος κτᾶσθαι est μισεῖσθαι non μισεῖν quod sententia postulat. Eundem canit vs. 63 sq. *nocturnas non de-*

posuisse curas, (quod et ipsum satis ambiguum est) *ὑπὸ σκολιοῖο τυπέντα τόξου*, quod vix credas a Graeco poëta, quamquam Alexandro aequali, scribi potuisse. Tantane igitur Homeri et Homericae linguae oblivio omnium occupaverat animos etiam in ipsa Ionia! Sed satis ex his apparere arbitror, quod volebam ostendere. Cavendum igitur, ne istorum futili auctoritate in constituenda Graecae linguae antiquae cognitione, in interpretandis aut emendandis antiquorum monumentis decipiamur. Delegi Hermesianactem potissimum, quum plerique omnes recentiores iisdem laborent malis, propter Ruhnkenii auctoritatem scribentis in Epist. Crit. II. p. 283 se captum *eximia carminis pulchritudine — quo in tanto veterum Elegiarum iactura vix quicquam praestantius habemus*. Ruhnkenium iuvenem tam magnifice de eo sensisse non est quod miremur. Erat tum saeculum in huiusmodi scriptoribus celebrandis et ornandis multam eruditionem expromere. Sed iuvenilia in illo ea studia fuerunt, quem maturiore aetate satis constat antiquos et qui ad antiquorum sanitatem proxime accedebant unice probasse et dilexisse.

Pag. 22. *Ab antiquissima memoria per librariorum manus propagati iam olim erroribus istorum, indoctorum hominum et aliud agentium depravati ferebantur. Passim apud veteres de codicum vitiis et corruptelis querelae leguntur*). Luculentissimum in hac re testimonium habemus Philemonis apud Porphyrium in Quaestt. Homericis VIII. quem locum, quia liber paucis est ad manum

operae pretium est adscribere hic illic paulo emendatiorem. Ἐν τοῖς Φιλήμονος συμμίκτοις περὶ Ἡροδοτείου διορθώματος ὁ γραμματικὸς διαλεγόμενος πειρᾶται καὶ Ὁμηρικά τινα σαφηνίζειν. οὐδὲν δὲ χεῖρον καὶ τὸν Ἡρόδοτον φιλοῦντί σοι τὴν πᾶσαν τοῦ ἀνδρὸς ἀναγράψαι ζήτησιν. φησὶ γὰρ ὅτι ἐν τῇ πρώτῃ Ἡρόδοτος τῶν ἱϛοριῶν περὶ Κροίσου τοῦ Λυδοῦ πολλά τε ἄλλα διείλεκται καὶ δὴ καὶ ὅτι θεοσεβέϛατός τε γένοιτο καὶ διαπρεπῶς τιμήσειε τὰ Ἑλληνικὰ μαντεῖα τὰ ἐν Δελφοῖς, τὰ ἐν Θήβαις, τὸ τοῦ Ἄμμωνος, τὸ τοῦ Ἀμφιαράου. τούτων μὲν δὴ ἄλλοις ἄλλα πέμψαι δῶρα. ἀνέθηκε δέ τινα καὶ ἐν Βραγχίδῃσι τῇσι Μιλησίων (I. 29) καὶ γέγραπται δὴ κατὰ πάντα ἁπλῶς τὰ ἀντίγραφα τὸ τῆς ἄρθρον σὺν τῷ ἰῶτα ἰσοδυναμοῦν τῷ ταῖς. (Nempe scribebatur THCI omisso ἰῶτα adscripto ut saepissime in papyris Herculanensibus) οὐδένα γε μὴν Ἑλλήνων ὑπομεῖναι θηλυκῶς τὰς Βραγχίδας ἂν εἰπεῖν. Ἡρόδοτον δὲ μᾶλλον ἂν ἑτέρων φυλάξασθαι, ἀκριβῆ τε ὄντα περὶ τὰ ὀνόματα καὶ πάνυ ἐπιεικῶς φροντιϛικόν. τοῦτο δὴ θεραπεύων τις (Alexander Cotyaënsis, ut mox apparebit, quod nescio quomodo fugit Lehrsium in Quaestt. Epicis) οὐχ Ἡροδότου φησὶν ἁμάρτημα γεγονέναι, μᾶλλον δὲ τὸν γραφέα φησὶ διαμαρτεῖν παρεμβαλόντα τὸ ἰῶτα. πολλὰ δὲ φέρεσθαι μέχρι νῦν ἁμαρτήματα κατὰ τὴν Ἡροδότου συγγραφὴν καὶ ἔτι τὴν Θουκυδίδου καὶ Φιλίϛου καὶ τῶν ἄλλων ἀξιολόγων συγγραφέων. τί δέ; οὐχὶ καὶ τὰ ποιήματα σχεδὸν ἀνάπλεω πάντα τυγχάνει ἁμαρτημάτων γραφικῶν καὶ τῶν ἄλλων παραδιορθωμάτων πάνυ ἀγροίκων. καὶ ἵνα μὴ περαιτέρω τις προβαίνων ἐνοχλῇ διερευ-

νώμενος τὰς ἐν τοῖς ἀντιγράφοις ἐμμεμενηκυίας ἡμαρτημένας γραφὰς ἔξεςί σοι σκοπεῖν καὶ τῶν Ὁμηρικῶν ταδί·

ὅςτ' ἐπεὶ ἐκ πολέων πίσυρας συναγείρεται ἵππους
λαοφόρον καθ' ὁδόν.

ἐνταῦθα γὰρ πρὸς οὐδὲν ἀναγκαῖον ἐγράφη διὰ τοῦ γ̄. νωθρὸν οὖν τὸ σημαινόμενον καὶ σφόδρα ὑπόκωφον προσπίπτειν ἔοικε. τὸ δὲ χωρὶς τοῦ γ̄ γράφειν Ὁμηρικὸν παρὰ (fort. πάνυ) τῇ χρήσει καὶ τῷ λόγῳ παντὶ συνᾷδον ἐπιεικῶς. τὸ γὰρ συναείρεται μᾶλλον προσεχῶς σημαίνει τὸ συνάγειν καὶ συναρμόζειν καὶ ἐν ἄλλοις·

σὺν δ' ἤειρεν ἱμᾶσιν

συνήγαγε τοὺς ἵππους. ὁ δὲ βέλτιςος Ἀριςοφάνης κἀκεῖνο τὸ ἐν ταῖς παραποταμίαις (μάχαις) λεγόμενον·

θρώσκων τις κατὰ κῦμα μέλαιναν φρῖχ' ὑπαλύξει
ἰχθὺς ὅς κε φάγῃσι Λυκάονος ἀργέτα δημόν

δείκνυσιν ὡς ἡμαρτημένον ὑπολείποιτο ἐκ τῆς παλαιᾶς γραμματικῆς. οὐ γὰρ χρὴ τὸ ὅς κε φάγῃσιν ἀκούειν ὡς ἄρθρον ὑποτακτικὸν μᾶλλον δὲ ἀντ' ἐπιρρήματος παρειλῆφθαι τὸ ὡς [ἢ μᾶλλον σύνδεσμον αἰτιώδη: additamentum recentioris Grammatici] δηλοῦται γὰρ ἵνα φάγῃ — ὅτι μὲν οὖν τῶν παλαιῶν βιβλίων ἐπὶ τὸ χεῖρον κεκίνηται ἡ γραφὴ φησὶν αὖθις διὰ πλειόνων ἐπιδείξειν· ἐπανάγωμεν δ' ἐπὶ τὸν Ἡρόδοτον καὶ τὸν διορθωτὴν τὸν Κοτυαέα Ἀλέξανδρον. ἠξίου γὰρ ὁ ἀνὴρ γράφειν (ἀντὶ τοῦ) τῆσι Μιλησίων χωρὶς τοῦ ἰῶτα τῆς Μιλησίων ὑποκειμένης (imo ὑπακουομένης) ἔξωθεν χώρης ἢ γῆς. καὶ ἐγὼ δέ φησιν ἐπειθόμην οὕτως ἔχειν τὰ τῆς γραφῆς, τὸν δ' ἄνδρα τῆς ἀκριβοῦς συνέσεως ἐτεθαυμάκειν, (εἶτ') ἐντυχὼν τοῖς Ἡροδοτείοις αὐτοῖς ἔπεσι καὶ γενόμενος ἐπὶ τέλει τῆς Αἰγυπτιακῆς

βίβλου, ἥτις ἐςὶ δευτέρα τῇ τάξει εὑρίσκω πάλιν κατὰ τὴν αἰτιατικὴν πτῶσιν εἰπόντα τὸν Ἡρόδοτον ἀνέθηκεν εἰς Βραγχίδας τὰς Μιλησίων (II. 159.) οὐκέτι οὖν ᾤμην ἁμάρτημα εἶναι γραφικὸν, Ἰωνικὸν δὲ μᾶλλον ἰδίωμα. πολλὰ γὰρ οὗτοι τῶν ὀνομάτων χαίρουσι θηλυκῶς ἐκφέροντες. Vides quam corrupti olim fuerint libri veteres, quam audacter et imperite a correctoribus nterpolati, vides nascentis critices levitatem, nam levissima esse fateberis quae Aristophanes et Alexander et Philemon in Homero et Herodoto conati sunt. Fefellit Alexandrum forma Βραγχίδαι, quam perperam habuit pro patronymica. Imo vero soloecum est quod nunc legitur apud Herodotum I. 158. πέμψαντες ὦν ἐς τοὺς Βραγχίδας θεοπρόπους, ubi satis apparet olim ἐς Βραγχίδας scriptum fuisse. Coniecturam Aristophanis in Iliad. Ψ. 127 optime refutavit Aristarchus, Philemonis in Iliad. O. 680 Porphyrius. Omnium facillime olim in nominibus propriis errabatur. In Aristophanis Thesmoph. 161 sq.

Ἴβυκος ἐκεῖνος κἀνακρέων ὁ Τήϊος
κἀλκαῖος, οἵπερ ἁρμονίαν ἐχύμισαν,
ἐμιτροφόρουν τε καὶ διεκλῶντ' Ἰωνικῶς.

ferebatur in antiquissimis codicibus vitiosa lectio κἀχαιός, quam Aristophanes emendavit, ut constat ex aureo scholio: κἀλκαῖος: ἐν ἐνίοις Ἀχαιός γράφεται καὶ τὰ παλαιότερα ἀντίγραφα οὕτως εἶχεν. Ἀριςοφάνης δ' ἐςὶν ὁ μεταγράψας Ἀλκαῖος. περὶ γὰρ παλαιῶν ἐςὶν ὁ λόγος ὁ δ' Ἀχαιὸς νεώτερος. Optime. Similiter in Pindari Olymp. XI. 55 corrupte scriptum erat olim: περὶ δὲ πάξαις Ἆλιν μὲν ὅγ' ἐν καθαρῷ διέκρινε. veram lectionem Ἄλτιν feliciter

reperit Aristodemus. Scholiastes: Ἀριστόδημος γράφει ἀντὶ τοῦ Ἆλιν Ἄλτιν. οὕτω γὰρ τὸν περὶ τὴν Ὀλυμπίαν τόπον καλεῖσθαι καὶ τὸν Δία ἐξ ἐπιθέτου Ἄλτιον. μηδὲ λόγον ἔχειν τὴν ὑπ' αὐτοῦ ἄρτι πεπορθημένην Ἦλιν ἱερὰν καὶ καθαρὰν ποιῆσαι, ἀλλὰ μηδὲ ἱερὸν εἶναι Διὸς ἐν Ἤλιδι ἀλλ' ἐν Πίσῃ. ἀπῳκίσθαι δὲ τὴν Πῖσαν τῆς Ὀλυμπίας σταδίους ἕξ. verissime omnia. Vide nunc ad utrumque locum quae inepte obloquitur Didymus, unde apparet non novam esse consuetudinem absurda utcumque expediendi. De omni hac quaestione legendus est Lehrsius de Aristarcho p. 365 sqq. qui utilissima multa collegit, non ita tamen ut rem conficeret, quod non est unius hominis neque unius aetatis. Ostendit viam, praeiit: sequemur. Multa idem de Latinis codicibus et criticis: quantivis pretii est locus Quinctiliani IX. 4. 39 quem attulit p. 374. »*Quaedam in veteribus libris reperta mutare imperiti solent et dum librariorum insectari volunt inscitiam suam confitentur*" ad haec Lehrsius: »Tam severe iudicant de coniectantibus." Non magis severe quam vere iudicasse Quinctilianum de Romanorum grammaticis temere et indocte plerumque coniectantibus ostendunt plurimi loci Gelliani: sufficiet inspexisse I. 7, V. 4. Lehrsii copiis nunc quidem hoc tantum addam, fuisse qui suos ipsi libros inemendatos prae festinatione relinquerent. Diogenes Laërtius, X. 27 (Chrysippus) πολλάκις ταὐτὰ γέγραφε καὶ ἀδιόρθωτα εἶλκε τῷ ἐπείγεσθαι, qui locus et ipse ἀδιόρθωτος est ac nemo, opinor, admonitus dubitabit pro εἶλκε reponere εἴακε.

Pag. 22. *Exstat epistolae Theophrasti ad Eude-*

mum fragmentum). Apud Simplicium in commentario sexto ad Physica Aristotelis p. 216. εἴρηται δὲ καὶ πρότερον ὅτι τὰ μὲν πέντε βιβλία τὰ πρὸ τούτου Φυσικὰ καλοῦσι, τὰ δ' ἐντεῦθεν τρία περὶ κινήσεως. οὕτω γὰρ καὶ Ἀνδρόνικος ἐν τῷ τρίτῳ βιβλίῳ τῶν Ἀριστοτέλους περὶ κινήσεως διατάττεται, μαρτυροῦντος περὶ τῶν πρώτων καὶ Θεοφράστου, γράψαντος Εὐδήμου περί τινος αὐτῷ τῶν διημαρτημένων ἀντιγράφων κατὰ τὸ πέμπτον βιβλίον. ὑπὲρ ὧν, φησὶν, ἐπέστειλας κελεύων με γράψαι καὶ ἀποστεῖλαι ἐκ τῶν φυσικῶν ἤτοι ἐγὼ οὐ ξυνίημι ἢ μικρόν τι παντελῶς ἔχει τὸ ἀνὰ μέσον τοῦ ὅπερ ἠρεμεῖν καλῶ τῶν ἀκινήτων μόνον, ἐναντίον γὰρ ἠρεμία κινήσει ὥστε στέρησις ἂν εἴη τοῦ δεκτικοῦ. ὥστε καὶ τὸ πέμπτον βιβλίον ὁ Θεόφραστος ἐκ τῶν φυσικῶν νομίζει.

Pag. 22. *Homunciones antiqui sermonis parum periti nacti vetustos libros in quibus literae omnes non diremtis singulis vocabulis eodem tenore continuabantur, ridiculum in modum similes literarum formas confundunt, coniungenda distrahunt, disiungunt contrahenda*). Mirum non est recentiores Graeculos in iis graviter errare, quum constet ipsos veteres saepius in ea re titubasse. Turpis error est Athenaei XI. p. 500, ubi de voce σκύφος disserens ex Ephoro haec affert: ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Δερκυλίδας ὁ Λακεδαιμόνιος σκύφος, ὥς φησιν Ἔφορος ἐν τῇ ὀκτωκαιδεκάτῃ λέγων οὕτως· Λακεδαιμόνιοι ἀντὶ Θίβρωνος Δερκυλίδαν ἔπεμψαν εἰς τὴν Ἀσίαν ἀκούοντες ὅτι πάντα πράττειν εἰώθασιν οἱ περὶ τὴν Ἀσίαν βάρβαροι μετ' ἀπάτης καὶ δόλου. Διόπερ Δερκυλίδαν ἔπεμψαν ἥκιστα νομίζοντες ἐξαπατηθήσεσθαι. ἦν γὰρ οὐδὲν

ἐν τῷ τρόπῳ Λακωνικὸν οὐδ' ἁπλοῦν ἔχων ἀλλὰ πολὺ τὸ πανοῦργον καὶ τὸ θηριῶδες. διὸ καὶ Σκύφον αὐτὸν οἱ Λακεδαιμόνιοι προσηγόρευον. Perspexit Porsonus non CKΥΦON sed CICΥΦON in codice, quem legebat Athenaeus, scriptum fuisse. Xenophon in Hellen. III. 1. 8. Δερκυλίδας ἄρξων ἀφίκετο ἐπὶ τὸ στράτευμα, ἀνὴρ δοκῶν εἶναι μάλα μηχανητικός. καὶ ἐπεκαλεῖτο δὲ Σίσυφος. Sed quis vel sine Xenophonte poterat dubitare? Quoties deinde ab librariis K et IC fuerint confusa vide apud Porsonum et Dobraeum in huius Aristophanicis p. 241, et Bastium ad Gregor. Corinth. p. 244 sqq. ubi videbis stupidam librariorum gentem κτᾶσθαι et ἵστασθαι, πλεκτὸς et πλεῖστος, ἄριστος et ἄρκτος, ἐκ et εἰς temere confundere. At in illis fortasse veniae locus est, nullus in his, ubi pro Λάκωνες, Αἴσωπος, κεκιβδηλευμένοι eos scripsisse vides: λαίσωνες, ἄκωπος, et κεισιβδηλευμένοι, quod nunc legitur apud Hesychium inter κεῖσθαι et κείσομαι. Nihil est adeo absurdum, quin ab dormitante librario literarum formas confundente ac vocabula perperam dirimente scribi possit. Hinc multa possunt simplici ac manifesta emendatione restitui, quae per multa saecula foede corrupta explicari nisi stolide non potuerunt. Iuvat unum et alterum exemplum afferre ex iis, quae nuper reperta sunt aut adhuc latuerunt. Solon apud Diog. Laërt. I. 60.

καὶ μεταποίησον ἀγυιὰς ταδὶ, ὧδε δ' ἄειδε.

Optimi, quos vidi, codices: αιγυασ ταδη. Bergkius in Poët. Lyr. p. 331 veram lectionem Λιγυαστάδη restituit ex Suida: ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Λιγυαστάδης διὰ τὸ ἐμμελὲς καὶ ἡδύ. Diog. Laërt. VIII. 20. ἐκάλει δὲ

(Pythagoras) τὸ νουθετεῖν πελαργᾶν. Hemsterhusius in annotatione MS. »L. πεδαρτᾶν quomodo scribendum puto etiam in Iamblicho de V. P. s. 197." Simul reddendum erat πεδαρτάσεις Aristoxeno, in loco quem bis Iamblichus descripsit. § 101. et 231. τὰς ἐπανορθώσεις τε καὶ νουθετήσεις, ἃς δὴ πεδαρτάσεις ἐκάλουν ἐκεῖνοι μετὰ πολλῆς εὐφημίας ᾤοντο δεῖν γενέσθαι. ubi vulgo legitur παιδαρτάσεις. In Anaxilae fragmento lepidissimo ap. Athen. XIII. 558. vs. 12 sqq. sensu carebant haec:

οἱ Σινώπῃ δ' αὖ συνόντες οὐχ ὕδρᾳ σύνεισι νῦν;
γραῦς μὲν αὕτη, παραπέφυκε δ' ἡ Γνάθαινα πλησίον
ὡς τὰ πολλά γ' εἰσὶ ταύτης. Ἔςι διπλάσιον κακόν.

Dubitabitne aliquis scribere cum Dobraeo:

ὥς' ἀπαλλαγεῖσι ταύτης ἐςὶ διπλάσιον κακόν.

Praeclare nuper Meinekius in fragmento Hipponactis: μηδέ μοι μῦ λαλεῖν Λεβεδίην ἰσχάδ' ἐκ Καμανδωδοῦ emendavit μοιμύλλειν. vide Babrium Lachmanni p. 115 sq. Est operae pretium videre quibus modis eruditi homines istos locos, antequam emendati essent, fuerint interpretati. Adiiciam alia pauca, ubi vera lectio ante pedes est simili librariorum stupore adhuc foede corrupta. Sophista incertus, qui Dorice scripsit in Galei Opusculis p. 728. οὕτω μανθάνομες τὰ ὀνύματα καὶ τὼς διδασκάλως οὐκὶ ἁμές. Imo vero: οὐκ ἴδμες. Diodorus comicus apud Athen. VI. 239.

τὸν Ἡρακλέα τιμῶσα λαμπρῶς ἡ πόλις
ἐν ἅπασι τοῖς δήμοις θυσίας ποιουμένη,
εἰς τὰς θυσίας ταύτας παρασίτους τῷ θεῷ
οὐπώποθ' ἀπεκλήρωσεν οὐδὲ παρέλαβεν

εἰς ταῦτα τοὺς τυχόντας ἀλλὰ κατέλεγεν
ἐκ τῶν πολιτῶν δώδεκ' ἄνδρας, ἐπιμελῶς
ἐκλεξαμένη τοὺς ἐκ δυναςῶν γεγονότας,
ἔχοντας οὐσίας, καλῶς βεβιωκότας.

Nulli erant Athenis δυνάςαι. vera lectio latet in lectione codicis, olim depravata in reliquis apographis, δυναςῶν, nam poëta dederat: δύ' ἀςῶν. Ne levissima quidem lectionis discrepantia *in loco corrupto* sine periculo negligi et contemni potest. Dabo unum exemplum sed luculentum. Eusebius in Stobaei Florilegio X. 31. τὸ οἰκονομέειν τὰ παρεόντα ἀνδρὸς προνόου. τὸ δὲ μηδ' ὅλως ἐθέλειν ἔς τι (male editur ἐςί) τῶν δεόντων χρέεσθαι οὐδέποτε τῶν κτηθέντων, καταδεδουλωμένου δὲ ἑωυτὸν τῶν χρημάτων ἐςὶ τῇ κτήσει. Spreta est lectio codicis ὠτῶν pro τῶν. Sola tamen servat antiquae scripturae manifesta vestigia, quae est: οὐ δεσπότεω τῶν κτηθέντων. Saepissime, quod etiam magis pusillum videtur, accentus perperam positus, pessumdedit sententiam. Multi sunt qui accentuum rationem in Graeco sermone nesciunt ac proinde vilipendunt. At nemo potest in Graecis literis multum proficere, qui accentus non probe calleat. Caecutire et titubare necesse erit semper in etymologia, in analogia, in quantitate syllabarum cognoscenda, quisquis nescit accentus, certissimos harum omnium rerum indices. Vide Porsonum ad Medeam vs. 1. In re critica quem usum habeant paucis exemplis ostendam. Epicharmus aut saltem poëta Doricus antiquior apud Diog. Laërt. III. 16.

Θαυμαςὸν οὐδὲν ἁμὲ ταῦθ' οὕτω λέγειν
καὶ ἁνδάνειν αὐτοῖσιν αὐτοὺς καὶ δοκεῖν

καλῶς πεφύκεν. καὶ γὰρ ἁ κύων κυνὶ
κάλλιϛον εἶμεν φαίνεται καὶ βοῦς βοΐ,
ὄνος δ' ὄνῳ κάλλιϛον, ὗς δέ θην ὑΐ.

ἀμέ in primo versu Ahrensio debetur, extrema correxi ex codd. in his igitur καλῶς πεφύκεν ineptum est, quia καλῶς πεφυκέναι et γεγονέναι ad nobilitatem generis, non ad formae praestantiam refertur: scribendum erat καλῶς πεφύκεν. Idem poëta ibid. III. 10.

αἰ ποτ' ἀριθμόν τις περισσόν, αἰ δὲ λῇς τὸν ἄρτιον
ποτθέμεν λῇ ψᾶφον ἢ καὶ τὰν ὑπάρχουσαν λαβεῖν.

Laborantibus ultimis simplicissima correctione subveniri potest scribendo: τᾶν ὑπαρχοισᾶν λαβεῖν. Pythagoras iubet apud Diog. Laërt. VIII. 33. καθαρεύειν ἀπό τε κήδους καὶ λέχους καὶ μιάσματος παντός, ubi λέχος de *concubitu* accipiunt. Non cadit ea insania in virum prudentissimum, qui ipse e dilecta uxore plures liberos susceperat. Legendum: λεχοῦς. Sic superstitiosi apud Theophrastum Cap. XVII nolunt οὔτ' ἐπὶ νεκρὸν, οὔτ' ἐπὶ λεχὼ ἐλθεῖν. Longe maiores etiam turbas dedit accentus mutatus in Athenaeo V. p. 203. ἐϛεφανώθησαν δ' ἐν τῷ ἀγῶνι καὶ ϛεφάνοις χρυσοῖς εἴκοσι. Πτολεμαῖος δ' ὁ πρῶτος καὶ Βερενίκη εἴκοσι τρισὶν ἐφ' ἁρμάτων χρυσῶν καὶ τεμένεσιν ἐν Δωδώνῃ. et mox iterum: ὁ δὲ φιλάδελφος Πτολεμαῖος υἱὸς αὐτῶν εἴκοσι χρυσαῖς δυσὶ μὲν ἐφ' ἁρμάτων χρυσῶν, ἐπὶ δὲ κιόνων ἑξαπήχει μιᾶ, πενταπήχεσι πέντε, τετραπήχεσιν ἕξ. Dispellet tenebras utriusque loci acutus in penultima vocis εἰκόσι. *Statuis* ex auro Ptolemaeum et coniugem et filium Alexandrini donarunt. Addam unum locum e Luciano in Contemplantibus p. 510. Ἄγαμαι Κλωθοῦς. γεννικῶς καὶ αὐτοὺς, ὦ βελ-

τίςη, καὶ τὰς κεφαλὰς ἀπότεμνε καὶ ἀνασκολόπιζε, ὡς εἰδῶσιν ἄνθρωποι ὄντες. ubi nemo dubitabit καῖ' αὐτούς scribere, qui quidem locum recte intellexerit. Nunc video et ab aliis, Struvio et Iacobsio, hanc emendationem esse occupatam et inepte reiectam a Fritzschio in Quaestt. Lucianeis. p. 133, qui nec intellexit eum locum et interpretationem attulit ex eo genere, quo iudicii acumen obtundi et perverti sanam rationem contendimus. Nempe Charon simul insolescentem audiverat Croesum et acceperat eum brevi debere ἁλόντα ἐπὶ τὴν πυρὰν ὑπὸ τοῦ Κύρου ἀναχθῆναι. Simul ferocientem vidit Cyrum, quum audit de Tomyride, quae τὴν κεφαλὴν ἀποτεμοῦσα τοῦ Κύρου ἐς ἀσκὸν ἐμβαλεῖ πλήρη αἵματος. Tum vidit fastum Polycratis, et certior fit a Mercurio ὅτι καὶ οὗτος — ἀνασκολοπισθήσεται ἄθλιος ἐκπεσὼν τῆς εὐδαιμονίας ἐν ἀκαρεῖ χρόνου. καὶ ταῦτα γὰρ, ait Mercurius, τῆς Κλωθοῦς ἐπήκουσα. Exsultans igitur gaudio Charon, ut qui futuras superborum hominum poenas et cruciatus iam sibi adspicere videatur, exclamat: ἄγαμαι Κλωθοῦς. γεννικῶς καῖ' αὐτούς (Croesum) καὶ ἀπότεμνε τὰς κεφαλὰς (de Cyro cogitat) καὶ ἀνασκολόπιζε (Polycratem). Vide nunc quid Fritzschius afferat: »Quidni vero sic sumas: *Euge, Clotho, strenue et ipsos* (non minus quam alios privatos homines), *optima, tum capitibus priva, tum palo suffige, ut homines se natos sciant.*" Sic igitur absurda absurde explicantur. At Graecum non est, dixerit aliquis, ἀποτέμνειν τινὰ τὴν κεφαλήν. paratum habet hoc, quo omnis sanior Grammatica pervertitur: »Nihil fere vulgatius quam privandi vocabula in Graeco ser-

mone duplicem accusativum adsciscere." Nempe ita solent: quae paucis quibusdam ac certis propria sunt ad aliena omnia audacter trahunt, quemadmodum hic quod verum est in ἀφαιρεῖσθαι perperam ad ἀποτέμνειν transfertur et tantum abest ut nihil eo usu sit vulgatius, ut numquam ab ullo Graeco scriptore ita sit usurpatum, neque etiam per naturam rei et vocabuli vel ab recentissimis Graeculis usurpari potuerit.

De accentibus satis diximus. Addemus pauca de interpunctione. In antiquioribus libris fere nulla est, ut pendeat omnis ab arbitrio eorum, qui recentiora fecerunt apographa: hinc multi errores nati sunt nullo negotio corrigendi ab eo, qui sciat librariorum negligentia penes sese esse huius rei iudicium. Gravissimi sunt in iis locis, ubi verba sunt inter colloquentes personas distribuenda, ut in scenicorum poëtarum carminibus. Exemplo esse potest Timocles apud Athenaeum VI. 224 qui putatur scripsisse:

οὐκοῦν κελεύεις νῦν με πάντα μᾶλλον ἢ
τὰ προσόντα φράζειν. Πάνυ γε δράσω τοῦτό σοι.

qua scriptura violatur sermo Graecus, nam quid est πάνυ δρᾶν, et quid sibi vult istud γε? et periit acumen totius loci. Scribendum erat:

οὐκοῦν κελεύεις νῦν με πάντα μᾶλλον ἢ
τὰ προσόντα φράζειν; B. πάνυ γε. A. δράσω τοῦτό σοι.

ac tum incipit mera mendacia de Demosthenis bellica virtute dicere. In fragmento Eubuli apud Athen. XI. 467 haec nunc leguntur sensu vacua:

Μισῶ κάκιστον γραμματικὸν ἔκπωμ᾽ ἀεί.
ἀτὰρ ὡς ὅμοιον οὑμὸς υἱὸς ᾤχετο

ἔχων φιάλιον, τῷ δὲ πολλὰ γίγνεται
ὅμοια.

lege:

ἔχων φιάλιον τῷδε. B. πολλὰ γίγνεται
ὅμοια.

In Aristophanis Vespis vs. 20 sqq.

οὐδὲν ἄρα γρίφου διαφέρει Κλεώνυμος.
πῶς δή, προσερεῖ τις τοῖσι συμπόταις λέγων,
ὅτι ταυτὸν ἐν γῇ τ' ἀπέβαλεν κἀν οὐρανῷ
κἀν τῇ θαλάττῃ θηρίον τὴν ἀσπίδα;

sermonis vitium πῶς δή, ὅτι — advertere criticos debuerat; quid multa? mihi Aristophanes non aliter quam sic scribere potuisse videtur:

οὐδὲν ἄρα γρίφου διαφέρει Κλεώνυμος.
B. πῶς δή; A. προτενεῖ τις τοῖσι συμπόταις λέγων·
τί ταυτὸν ἐν γῇ τ' ἀπέβαλεν κτέ.

quibus interprete non opus est. προτείνειν in ea re est proprium, et griphus nunc habet formam veteribus usitatam. Egregie huc facit Athenaeus X. 453, ubi profert griphos antiquos: τί πάντες οὐκ ἐπιστάμενοι διδάσκομεν; καί· τί ταυτὸν οὐδαμοῦ καὶ πανταχοῦ; καὶ πρὸς τούτοις· τί ταυτὸν ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς καὶ ἐν θαλάττῃ;

Alia est antiquorum librariorum negligentia, quam si probe animadverteris multis locis lucem afferre possis. Exemplum facilius ostendet quod volo: apud Athenaeum XV. p. 698 legitur in unico codice Marciano: ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ Νιόβῳ προειπὼν λυχνοῦχον οἴμοι κακοδαίμων φησὶ λυχνοῦχος ἡμῖν οἴχεται εἶτ' ἐπιφέρει· καὶ πῶς ὑπερβὰς τὸν λυχνοῦχον οἴχεται εἶτ' ἐπιφέρει καὶ ἔλαθες. ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς κτέ. Priora sic sunt legenda: προειπὼν λύχνον, οἴμοι κακο-

δαίμων, φησὶν, ὁ λύχνος ἡμῖν οἴχεται, quod evincit loci sententia et recepit Bergkius: reliqua sic:

B. καὶ πῶς ὑπερβὰς τὸν λυχνοῦχον ἔλαθέ σε;

expunctis quae librarius temere repetiit ex superioribus: οἴχεται εἶτ' ἐπιφέρει καὶ, quae noluit ipse expungere ne codicis elegantia minueretur. Idem interdum errores suos indicat puncto superscripto iis literis, quas expungi volebat. Nimis diu latuit gravissimum vitium in fragmento Ararotis apud Athen. VI. p. 237.

οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ εἶ παράσιτος, φίλτατε,
ὁ δ' Ἰσχόμαχος ὁ διατρέφων σε τυγχάνει.

non διατρέφων sed διάτρέφων legitur in codice et librarius dare voluerat ὁδὶ τρέφων. Plura de genere hoc dabo alias. — Decepit iterum Athenaeum codicis sui scriptura VII. 326 in versu Archestrati sic scripto:

ΚΑΙΝΕΑΡΟΥΜΕΓΑΛΟΥΤΑΥΛΩΠΙΑ ἐν θέρει ὠνοῦ κρανίον.

ubi legit aliud agens: καὶ νεαροῦ μεγάλου ταυλωπία pro τ' αὐλωπία. Alia exempla reperiri possunt in variis lectionibus, quas Critici Alexandrini ex antiquis Homeri codicibus servaverunt.

Pag. 23. *Sicubi liber lacuna hiabat aut explebant de suo aut dissimulato hiatu funditus pessumdabant sententiam: ubi literarum ductus evanidi oculorum aciem praesertim indoctorum fallebant, locum ad suum arbitrium id est temere refingebant*). Non est aliud malum scriptoribus ipsis perniciosius, nec periculum interpretibus gravius quam utrumque hoc, ut exciderint nonnulla sine quibus

sententia constare non possit, quo facto aliena absurde coaluerunt, aut pro iis, quae scripserunt ipsi veteres, nunc inepta recentiorum supplementa legantur. Neque hi loci neque illi nunc a quoquam *recte* intelligi possunt. Iudicio et sanae menti vis inferenda est ut aliquem sensum extundas ex iis verbis, quae nullum continent. Hinc multi istiusmodi locis utcumque explicandis assuefacti paulatim discunt sententiam *de suo* scriptoribus largiri, non ex eorum verbis recte intellectis conficere. Isti hiatus et lacunae duplici fere modo oriri solent. Aut in antiquissimis libris membranam tineae perroserant, aut macula vel mador aliquot vocabula vel versus hauserant, aut alius casus aliquam sententiae partem absumserat: qui haec deinde describebant librarii primum relinquebant aliquid spatii, si forte alicunde suppleri possent quae exciderant: tandem alii, hac spe abiecta, quae supererant eodem tenore quasi nihil deesset perscribebant. Audi veterem librarium haec candide confitentem in Plutarchi codice Regio Paris. 1671 saeculi XIII, cuius verba attulit Dübnerus nuper in praefatione ad Plutarchi Moralia: *τὸ χωρίον τοῦτο ἀσαφέστατόν ἐστι διὰ τὸ πολλαχοῦ διαφθαρέντα τὰ τῶν παλαιῶν ἀντιγράφων μὴ δύνασθαι σώζειν τὴν συνέχειαν τοῦ λόγου. καὶ εἶδον ἐγὼ παλαιὰν βίβλον, ἐν ᾗ πολλαχοῦ διαλείμματα ἦν ὡς μὴ δυνηθέντος τοῦ γράφοντος εὑρεῖν τὰ λείποντα ἐλπίσαντος δ' ἴσως εὑρήσειν ἀλλαχοῦ. ἐνταῦθα μέντοι κατὰ συνέχειαν ἐγράφη τὰ διαλείποντα τῷ μηκέτι ἐλπίδας εἶναι τὰ λείποντα εὑρεθήσεσθαι. τοῦτ' αὐτὸ τοίνυν χρὴ νοεῖν καὶ πανταχοῦ τοῦ βιβλίου ἔνθα τις τοιαύτη ἀσάφεια εὑρίσκεται.* haud vidi magis.

habemus confitentem se *quae in antiquo codice viderat lacunis hiantia continuata oratione perscripsisse*, quia nulla spes supererat fore ut aliunde supplerentur. At nihil mali tamen sibi facere videbantur stupidi homines, quum multos locos sic in perpetuum pessumdarent. Ex his locis alii ita sunt comparati, ut attentum lectorem fallere non possint, alii sine melioribus libris semper nos decipient. Proferam exempla utriusque generis, quae adhuc latuerunt. In Xenophontis Hellenicis III. 2. 27. edit. Dind. legimus: Δῃουμένης δὲ τῆς χώρας καὶ οὔσης τῆς ϛρατιᾶς περὶ Κυλλήνην βουλόμενοι οἱ περὶ Ξενίαν τὸν λεγόμενον μεδίμνῳ ἀπομετρήσασθαι τὸ παρὰ τοῦ πατρὸς ἀργύριον δι' αὐτῶν προσχωρῆσαι τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐκπεσόντες ἐξ οἰκίας ξίφη ἔχοντες σφαγὰς ποιοῦσι καὶ ἄλλους τέ τινας ἀποκτείνουσι καὶ ὅμοιόν τινα Θρασυδαίῳ. Arena sine calce. In optimo codice, quem Venetiis excussi, haec ita scripta sunt: βουλόμενοι οἱ περὶ Ξενίαν τὸ λεγόμενον μεδίμνῳ ἀναμετρήσασθαι τἀργύριον πολλῶν πᾶσα ἐνεπλήσθη ἡ ϛρατιά. συσπειραθέντες δέ τινες τῶν Ἠλείων καὶ περί τινα συνελθόντες οἰκίαν ἐκπεσόντες τε ἐξ αὐτῆς σφαγὰς ποιοῦσι κτέ. vides lacinias loci misere habiti. Apparet ex sequentibus multa desiderari: librarii ut apud Plutarchum κατὰ συνέχειαν ἔγραψαν τὰ διαλείποντα et omnia sine ullo lacunarum indicio temere continuarunt. Aliud exemplum dabit Lucianus in suavissimo libro de historia conscribenda p 43. σεμνυνόμενοι μάλιϛα ἐπὶ ταῖς ἐπιγραφαῖς, καὶ γὰρ αὖ καὶ αὗται παγγέλοιοι. τοῦ δεῖνος Παρθικῶν νικῶν τοσάδε. καὶ αὖ Παρθίδος πρῶτον, δεύτερον, ὡς Ἀτθίδος δηλονότι (haec additicia videntur). ἄλλος ἀϛειότερον

παρὰ πολὺ (ἀνέγνων γὰρ) Δημητρίου Σαλαγασσέως Παρθενικά. οὐδ' ὡς ἐν γέλωτι ποιήσασθαι καὶ ἐπισκῶψαι τὰς ἱςορίας οὕτω καλὰς οὔσας ἀλλὰ τοῦ χρησίμου ἕνεκα. Vix credas haec ita ad hunc diem sine ulla lacunae suspicione legi, saltem edi, potuisse. Acutius ceteris vidit Graecus aliquis, qui in optimo codice Marciano post Δημητρίου Σαλαγασσέως Παρθενικά annotavit: ἐλλείπει τι. Quis dubitet? Quem non pudeat potius id non dudum vidisse? Sed alia sunt ubi fraus tam bene latet ut deprehendi numquam sine ope antiquorum librorum possit. Quis suspicetur partem sententiae periisse in hoc loco Xenophontis Hellen. I. 1. 35. Ἆγις δ' ἐκ τῆς Δεκελείας ἰδὼν πλοῖα πολλὰ σίτου εἰς Πειραιᾶ καταθέοντα οὐδὲν ὄφελος ἔφη εἶναι τοὺς μετ' αὐτοῦ πολὺν ἤδη χρόνον Ἀθηναίους εἴργειν τῆς γῆς εἰ μή τις σχήσοι καὶ ὅθεν ὁ κατὰ θάλατταν σῖτος φοιτᾷ. κράτιςόν τε εἶναι Κλέαρχον τὸν Ῥαμφίου πρόξενον ὄντα Βυζαντίων πέμψαι εἰς Καλχηδόνα τε καὶ Βυζάντιον. Veram lectionem servavit optimus codex Marcianus: — σῖτος φοιτᾷ. ἐν δὲ Λακεδαίμονι καλὸν ἔδοξε τοῖς τέλεσι Κράτιςόν τε τὸν Ἀριςομένους καὶ Κλέαρχον τὸν Ῥαμφίου πρόξενον ὄντα Βυζαντίων πέμψαι κτέ. ubi simul vides quam callide Graeci, postquam exciderant verba ἐν δὲ Λακεδαίμονι καλὸν ἔδοξε τοῖς τέλεσι, reliqua audaci correctione ita refinxerint, ut sententia constaret. Fecerunt id interdum tam scite, ut vel levissima corruptelae vestigia in perpetuum obliterarentur, alibi contra tam inepte, ut neminem qui has eorum artes semel perspexerit possint ludificari et hoc saltem *certum* sit, non genuina veteris scriptoris verba nos legere sed temera-

rias correctorum in loco depravato et mutilo interpolationes. Afferam unum et alterum locum ubi iis argumentis, quae grammatica scientia et sensus criticus sive sana ratio attulerant etiam pervetusti codicis auctoritas accedit. Apud Plutarchum in Pauli Aemilii vita p. 259 legimus: *εἴκοσι μὲν αὐτοφόρτους ὁλκάδας ἐχειρώσατο. τὰς δ' ἄλλας σίτου γεμούσας κατέδυσεν. ἐκράτησε δὲ καὶ πεντηρικὰ τέσσαρα καὶ μάχην ἐπολέμησεν τὸ δεύτερον ἐν ᾗ τῶν ὑπατικῶν 'Οστίλιον ἀπεκρούσατο καὶ βιαζόμενον κατὰ τὰς 'Ελιμίας.* quam sint haec absurda et male Graeca quisque videt. At vidi Florentiae antiquissimum Plutarchi codicem, saeculo decimo pulcherrime in membranis scriptum, in quo hunc locum deprehendi multis lacunis hiantem, quas tertio fere post saeculo Graeculus aliquis pro sua sapientia expleverat in hunc modum: *ἐχειρώσατο. τὰς δ' ἄλλας σίτου γεμούσας κατέδυσεν. ἐκράτησε δὲ καὶ πεντηρικὰ τέσσαρα καὶ μάχην ἐπολέμησεν τὸν δὲ δεύτερον ἐν ᾗ τῶν ὑπατικῶν ὀστίλιον ἀπεκρούσατο καὶ βιαζόμενον κατὰ τὰς ἐλιμίας.* Quid Plutarchus scripserit sciri nunc non amplius potest; acquiescendum si sciamus eum tam absurda non scripsisse. Eundem credimus in vita Timoleontis p. 242 dedisse haec: — *τύχη ἔργον ἐπεδείξατο τὸν Σικελίας ὀλίγῳ ἔμπροσθεν τύραννον — διαπληκτιζόμενον ἐν μέσῳ τοῖς ἀφ' ὥρας ἐργαζομένοις γυναίοις, τὰς δὲ μουσουργοὺς ἐν ταῖς ᾠδαῖς διδάσκοντα καὶ περὶ θεατρικῶν ᾀσμάτων ἐρίζειν σπουδάζοντα πρὸς ἐκείνας περὶ μέλους ἁρμονίας.* Apparet ex eodem codice in ultima parte haec tantum esse ipsius Plutarchi: *τὰς δὲ μουσουργοὺς ἐν . . . αις*

διδάσκοντα   κρικῶν ᾀσμάτων

σπουδάζοντα πρὸς ἐκείνας περὶ μέλους ἁρμονίας.

quae nemo restituet, sed satius est multo aliquid nos nescire quam a Graeculo decipi et linguae Graecae sinceritatem contaminari. Luculentum exemplum licentiae, quam sibi in locis hiulcis aut corruptis sumebant Graeculi, mihi nuper oblatum est in fabula Babriana, quae recens ex Athoo codice prodiit, (quamquam istum librum magnam partem a monachis esse interpolatum et perpauca continere, quae ab ipso Babrio profecta sunt, alias ostendere conabor). Poëta ipse scripserat in fabula 82. vs. 8.

Χαίτην δ' ἔμελλε τὴν ἐμὴν καταισχύνειν.

monachus aliquis in vetusto libro longo usu aut situ detrito reperit ΧΑΙΤΗΝΔΕΜΕΛΛΕΤΗΝ . . . . reliqua oculorum aciem fallebant. itaque inde pulcherrimum choliambum eruit et supplevit hunc:

κακὴν δὲ μελέτην ἐπ' ἐμὲ τῆς ὁδοῦ τρίβει.

Quid interpretibus futurum fuisset, ni vera lectio apud Suidam servata exstitisset? Similia tamen multa aeque licenter interpolata et corrupta quum in aliis multis tum maxime in Tragicis poëtis expedire nitimur et medicinam facimus mortuis, ubi fortasse nec vola nec vestigium superest antiquae scripturae, quam casu deletam recentiores Graeci, ut quisque commodissime poterat, ita suis inventis et additamentis audacissime restituerunt scilicet. Praeter eos locos, ubi vetustas quaedam arrosit, quae postea infeliciter sarta sunt, alii sunt quam plurimi ubi describentium socordia alias res agentium

effecit, ut aliqua pars sententiae nobis periret. Saepissime hoc factum est ubi idem vocabulum in vicinia recurrebat aut similis vocabuli terminatio vel forma, quo hallucinantis hominis aberrabant oculi, unde intermedia omnia intercidebant. Incredibile dictu est, quot locos ea calamitas afflixerit. Vae miseris interpretibus, qui istos aliis claros et perspicuos reddere conantur. Plutarchus de virtute morali p. 445. b. scribit: νῦν δὲ σωφροσύνη μέν ἐστιν, οὗ τὸ παθητικὸν ὥσπερ εὐήνιον θρέμμα καὶ πρᾷον ὁ λογισμὸς ἡνιοχεῖ καὶ μεταχειρίζεται περὶ τὰς ἐπιθυμίας χρώμενος ὑπείκοντι καὶ δεχομένῳ τῷ λογισμῷ καὶ κρατοῦντι τὴν ἐπιθυμίαν, ἐγκράτειαν δὲ οὐκ ἀλύπως ἄγει οὐδὲ πειθομένην ἀλλὰ πλαγίαν καὶ ἀντιτείνουσαν, οἷον ὑπὸ πληγῆς καὶ χαλινοῦ καταβιαζόμενος καὶ ἀνακρούων ἀγῶνος ὢν ἐν ἑαυτῷ καὶ θορύβου μεστός. ita hunc locum constituit Wyttenbachius, qui adscripsit: »vulgo mendose: ὑπείκοντι. ἐγκράτεια δέ ἐστι καὶ δεχομένῳ τῷ λογισμῷ καὶ κρατοῦντι τὴν ἐπιθυμίαν. ἄγει δὲ οὐκ ἀλύπως οὐδὲ πειθομένην. Ceterum τῷ λογισμῷ mutandum videtur in τὸν χαλινόν." Quo quis est doctior et subtiliore ingenio eo plura et exquisitiora de hoc loco poterit commentari: at nemo poterit umquam recte aut explicare aut emendare. Vera lectio servata est in optimo codice Marciano: χρώμενος ὑπείκοντι καὶ δεχομένῳ τὸ μ έ τ ρ ι ο ν κ α ὶ τὸ ε ὔ σ χ η μ ο ν ἑ κ ο υ σ ί ω ς. ὁ δ ὲ ἐ γ κ ρ α τ ὴ ς ἄ γ ε ι μ ὲ ν ἐ ρ ρ ω μ έ ν ῳ τῷ λογισμῷ καὶ κρατοῦντι τὴν ἐπιθυμίαν, ἄγει δὲ οὐκ ἀλύπως οὐδὲ πειθομένην κτέ. Sine meliore libro igitur in eo loco et aliis sexcentis operam ludimus ac vulnera curando maiora facimus. Is solus sapit qui ab huius-

cemodi locis abstinet manum, ne sibi corrumpat iudicium in aliis, ubi veri reperiendi spes affulget laetior. Satis est si perspicias aliquid intercidisse, cuius interdum etiam sensum probabiliter coniectando reperire possis: non ultra pergendum. Quis non sentiat hiulca esse haec ab Iamblicho in vita Pythagorae ex antiquiore scriptore Graeco descripta. § 366. *χρόνῳ μέντοιγε ὕϛερον Ἀρέσαν ἐκ τῶν Λευκανῶν σωθέντα διά τινων ξένων ἀφηγήσασθαι τῆς σχολῆς, πρὸς ὃν ἀφικέσθαι Διόδωρον τὸν Ἀσπένδιον, ὃν παραδεχθῆναι διὰ την σπάνιν τῶν ἐν τῷ συϛήματι ἀνδρῶν περὶ μὲν Ἡράκλειαν Κλεινίαν καὶ Φιλόλαον κτέ.* Editores nil mali suspicati putaverunt significare ultima: *Heracleae autem superstites tum adhuc erant Clinias et Philolaus:* vides quid de suo largiantur. Supplendum est ex praestantissimo codice, quem Florentiae excussi: — *ἀνδρῶν. οὗτος δὲ εἰς τὴν Ἑλλάδα ἐπανελθὼν διέδωκε τὰς Πυθαγορείους φωνάς. ζηλωτὰς δὲ γράφει γενέσθαι τῶν ἀνδρῶν περὶ μὲν Ἡράκλειαν κτέ.* quae nova sunt et magni pretii, ex Aristoxeno, opinor, excerpta. Oculus librarii a priore *ἀνδρῶν* ad posterius aberravit. Eodem modo pessumdatus est locus et ipse Aristoxeni, nisi fallor, § 207. *καθόλου δὲ ποικιλωτάτην εἶναι τὴν τῶν προσφερομένων ποικιλίαν*, in quibus nemo haesit. Codex optimus dedit: *καθόλου δὲ ποικιλώτατον εἶναι τὸ ἀνθρώπινον γένος κατὰ τὸ τῶν ἐπιθυμιῶν πλῆθος. σημεῖον δὲ ἐναργὲς εἶναι τὴν τῶν προσφερομένων ποικιλίαν*, ubi recurrens *εἶναι* peperit errorem. Addam tertium exemplum ex eodem § 30. *πλείονες ἢ δισχίλιοι τοῖς λόγοις ἐνεσχέθησαν.*

ἀλλὰ ὁμοῦ σὺν παισὶ καὶ γυναιξὶν ὁμακοεῖον ἱδρυσάμενοι — παρέμειναν. Supplendum e Laurentiano codice: ἐνεσχέθησαν αἱρεθέντες αὐτοὶ κατὰ κράτος οὕτως ὥςε οὐκέτι οἴκαδε ἀπέςησαν ἀλλ' ὁμοῦ. Hic quoque oculi describentis aberrarunt ad similem formam ἀπέςησαν, qui error quam facile committatur norunt omnes qui codices ipsi descripserunt. Neque adeo recentiorum in eo genere diligentia longe superat librarios veteres, quorum stuporem et inscitiam solent insectari. Documento esse potest locus Charitonis p. 104 ubi Dorvillius edidit: ἄπιθι καὶ Καλλιρρόην ἄγε. ὡς δέ σοι προςάσσω μὴ ἄκουσαν μήτε φανερῶς. θέλω γάρ σε καὶ πεῖσαι καὶ λαθεῖν. εὐθὺς οὖν ἀνακλητικὸν ας τῷ βασιλεῖ εὐχαίρων ὡς τὸ Καλλιρρόης θήραμα θηράσας. quem locum nemini suaserim ut restituere conetur. Codex unicus haec habet: δύο δέ σοι προςάσσω. — εὐθὺς οὖν ἀνακλητικὸν τῆς θήρας σύνθημα διεδόθη καὶ πάντες ἀνέςρεφον. Βασιλεὺς δὲ ἀνηρτημένος ταῖς ἐλπίσιν εἰσήλαυνεν εἰς τὰ βασίλεια χαίρων ὡς τὸ κάλλιςον θήραμα θηράσας. praetervideruut unum versum et reliqua quia intelligere non poterant nec legere recte potuerunt. Addam, quia lepidum est, alterum exemplum negligentiae in eodem codice. p. 115 legimus: κατέλαβον δὲ τὴν ςρατιὰν ἐπὶ τῷ ποταμῷ καὶ προσμίξαντες τοῖς ὀρνιθοφύλαξιν ἠκολούθουν. Dorvillius postquam docte illustravit rationem et usum τῶν ὀρνιθοφυλάκων in castris Persicis subiungit: »*Quod si nec ita* ὀρνιθοφύλακες *placeant*, *posses* ὀπισθοφύλαξι, *qui noti in re militari et contendere parum abire invicem*, *si literis maiusculis scribantur* ὀπισθοφύλαξιν

et ὀρνιθοφύλαξιν. forte id aliis placuerit, quibus volupe est potius auctores, ut vocant, emendare quam explicare, sane instituto ad bonos auctores iniuriosissimo et ad ingenia iuvenum studiosorum corrumpenda praesentissimo." Quam vellem praestantissimum quemque iuvenum nostrorum sic corrumpi ut ineptum ὀρνιθοφύλαξιν patienter ferre non possit. Horum si quis forte dubitet, sciat in unico codice Charitonis liquido scriptum esse ὀπισθοφύλαξιν.

Pag. 23. *Peius etiam erat ubi intricati tachygraphorum nexus, siglae, scribendi compendia et vocabula decurtata describentibus negotia facessebant*). Est mihi animus de toto hoc genere alias copiose exponendi: nunc ne tetigissem quidem nisi casu quodam mihi essent ad manum excerpta ex optimo codice Laurentiano, quo continetur vita Pythagorae ab Iamblicho ex antiquioribus scriptoribus Aristoxeno, Nicomacho, aliis contexta: ex eo igitur libro luculenta aliquot exempla huius rei expromam. Legitur nunc apud Iamblichum § 27. Πυθαγόρας συνετέλεσε τὴν περὶ τῶν οὐρανίων ἐπιστήμην καὶ — ἀποδείξεσιν — ἀριθμητικαῖς καὶ γεωμετρικαῖς διέλασεν. Codex, unde reliqui omnes fluxerunt: διέλ^{α} id est διέλαβεν, constanti usu tachygraphorum. § 72. προσέταττε σιωπὴν πενταετῆ ἀποπειρώμενος πῶς ἐγκρατῶς ἔχουσιν, quod Graecum non est. Sed male expleverunt lectionem archetypi codicis: πῶς ἐγκρα$^{τ'}$ id est ἐγκρατείας. paulo post: ἐν δὴ τῷ χρόνῳ τούτῳ τὰ μὲν ἑκάστου ὑπάρχοντα τουτέστιν αἱ οὐσίαι ἐκοινοῦντο. Cod. ἑκα quod legendum erat ἑκάστῳ. simul abiice putidum additamen-

tum *τουτέςιν αἱ οὐσίαι*. In § 113. Kiesslingius e suo codice supplementum attulit, in quo legitur: *περιπαυτικόν τι μέλος καὶ καταςαλτικόν*. Codex: $\overset{\epsilon}{\pi}$*παυτικόν* i. e. *πεπαυτικόν*. In § 247. *ἔνιοι δὲ τὸν περὶ τῆς ἀλόγου καὶ τῆς ἀσυμμετρίας ἐξειπόντα τοῦτο παθεῖν ἔλεξαν*. Cod. *ἀλ*$\overset{\Gamma}{o}$ i. e. *ἀλογίας*. Multo turpius est quod legitur § 258. *ἐπῆγεν ἕτερος προσποιούμενος μὲν ἐξητακέναι τὰ τῶν Πυθαγορείων ἀπόρρητα, π ε ρ ι π λ α κ ε ὶ ς δὲ καὶ γεγραφὼς ἐξ ὧν μάλιςʼ αὐτοὺς ἤμελλε διαβάλλειν*. Quam sit absurdum istud *περιπλακείς* miror ne Kusterum quidem sensisse. Scriptum est in codice $\overset{\epsilon}{\pi}$*πλακ* cum compendio syllabae *ώς*, igitur *πεπλακώς* scriptum est. Sed arripiunt librarii temere, quidquid primum venit in mentem, ut in § 264 quum ob oculos haberent: *γενέσθαι φασὶ ταύτην τὴν* $\overset{\alpha}{\pi}$ *κατὰ τοῦτο*, quum nescirent *παροιμίαν* ita scribi, sine mora de suo *πόλιν* dederunt. In § 46. *ὑπολαμβάνειν αὐτοὺς ἔφη δεῖν κοινὴν παρακαταθήκην ἔχειν τὴν πατρίδα παρὰ τοῦ πλήθους τῶν πολιτῶν. δεῖν οὖν ταύτην διοικεῖν οὕτως ὡς μέλλουσι τὴν πίςιν παραδόσιμον τοῖς ἐξ αὐτῶν παιεῖν*. Grave vitium latet in ultimis. Codex *ὡς μέλ*$\overset{ου}{\lambda}$ quod ex constanti usu ponitur in participiis, unde apparet non aliter quam *μέλλουσαν* expleri posse. Vide quid in § 50 designaverint: *ὥςε τὴν χάριν τῆς ἀ π ο δ ό σ ε ω ς εὐεργεσίας προσήκειν αὐτοῖς ἔφη δικαίως οἰκονομεῖν*. Quum expedire non possent *ἀποδ*$\overset{\sigma}{o}$, temere expleverunt: at vero nulla est optio in his aut dubitatio: *ἀποδ*$\overset{\theta}{o}$ *hoc loco* est *ἀποδοθείσης*, quod solum ex omnibus formis, quae ab *ἀποδοθ* incipiunt, huic loco ac sententiae

convenit: alibi aliter poterat expleri, at numquam vocabula ita decurtantur ut duplici modo *recte* expleri possint. Verum nihil intelligentibus omnia sunt periculi plena. Paulo ante in optimo libro recte scriptum est: *εἶπεν, ὅτι τὴν πόλιν αὐτῶν οἰκεῖσθαι συμβέβηκεν, ὡς λέγουσιν, Ἡρακλέους ὅτε τὰς βοῦς διὰ τῆς Ἰταλίας ἤλαυνεν ὑπὸ Λακίνου μὲν ἀδικηθέντος, Κρότωνα δὲ βοηθοῦντα τῆς νυκτὸς παρὰ τὴν ἄγνοιαν — διαφθείραντος κτέ.* Credasne ad hunc diem edi: *Ἡρακλέα*, nempe compendium syllabae *ους*, quod parum differt a figura literae *α* suprascriptae, nihil differt Graece nescientibus. (cf. Bast. Comm. Palaeogr. p. 777.) Eorum inscitia quo usque possit progredi ostendit quod legitur in § 70. — *φιλίαν — ἀνθρώπων πρὸς ἀλλήλους, πολιτῶν μὲν διὰ νομιμότητος ὑγιοῦς, ἑτεροφύλων δὲ διὰ φυσιολογίας ὀρθῆς.* Scriptum est in archetypo codice solemni compendio *διανομιμό*$^{\overset{o}{\tau'}}$ unde primus editor imperite dedit *διανομίμττο*, pro quo suadet ut *διανενόμετο* legatur! Librarii Graeci aliorum codicum pro sua sapientia legerunt *διανομιμότατα*. Tandem Kusterus ex § 229 emendatam lectionem restituit. Locis autem ex hac inscitia corruptis videas multos sine suspicione sic uti, ut quae certa sint infringant et contra etiam ac linguae ratio et constans reliquorum usus postulant *interdum a quibusdam* poni doceant. Non mirer equidem si ex Iamblicho quoque ostendere velit aliquis formam *τὸν Ἀπόλλω* non Atticis esse propriam idque in certis formulis, sed eandem etiam aliis placuisse, in his Iamblicho, apud quem saepissime occurrat, veluti in § 52, 53. *τὸν*

'Απόλλω καὶ τὸν ἔρωτα — ἐπαγγείλασθαι τὸν 'Απόλλω — πρόνοιαν πεποιῆσθαι τὸν 'Απόλλω. § 91. ἀλλ' αὐτὸν ὄντως τὸν 'Απόλλω. Verum in omnibus his locis scriptum est in Cod. ἀπόλλ^{ω}, adhaerente interdum ultimae literae λ ea lineola, quae omissum esse aliquid indicat. Similiter τοῦ ἀπόλλ^{ω}, τῷ ἀπόλλ^{ω} scribi solet. Eodem modo ortus est ridiculus error in loco Longini in Walzii Rhett. Gr. IX. p. 583. κινεῖ ἔλεον — Ὅμηρος ἐπὶ τῆς 'Ανδρομάχης·

καί κεν ἐν Ἄργει ἐοῦσα πρὸς ἄλλης ἱςὸν ὑφαίνοις.

καὶ τὰ ἑξῆς ἅπαντα τὰ ὑπὸ τοῦ ἐκτὸς εἰρημένα τὸν ἔλεον τὸν τῆς 'Ανδρομάχης κινεῖ. optime Finckhius vir perspicax restituit ὑπὸ τοῦ Ἕκτορος. sed quid facias librario, qui quum in eo loco ob oculos haberet scripturam hanc, quae in optimo Cod. Regio exstat, ὑπὸ τοῦ ἕκτ^{ο} potuerit ἐκτός scribere. Nihil autem mirandum in iis, qui potuerunt serio scribere in Menandro rhetore apud Walz. ibid p. 251. 'Απόλλων λέγεται — Πύθωνα καὶ Τηλεφῶντα ἀδελφοὺς κτεῖναι τοῖς βέλεσιν. unde in Walzii indice occurrit *Telephon*, *Pythonis frater* p. 655 ocyus eximendus, nam vera lectio e codice Regio mihi reperta est: Πύθωνα κατειληφότα Δελφούς. Contrario errore p. 250 legitur: ἰδίᾳ Δελφοῖ βαδίζει Μουσῶν: unde nemo, spero. Δελφοῖ credet esse Graecum. Codex: ἰδίᾳ δὲ φοιβάζει Μουσῶν. Idem rhetor patriam celebrans scribit p. 313. τίς γὰρ 'Ιβηρίσι παρατυχὼν ἢ παρὰ Λωτοφάγους ἀφικόμενος οὐκ ἂν ὑμᾶς προτιμήσειεν; codex nil boni attulit. Sed quid codicibus opus est, ut restituamus ἢ Σειρῆσι περιτυχών? Huiusmodi tamen homunciones

eos libros descripserunt, a quibus nunc ne latum quidem unguem discedere homines quidam docti iubent. Neque tantum obscuriores scriptores, quorum rari tantum codices a paucis legebantur, tam turpiter inquinati circumferuntur, nam animadvertat mihi aliquis, quae turpissima vitia sermonis nimium patienter ferantur in his Aristophanis versibus Av. 417. sqq.

ὁρᾷ τί κέρδος ἐνθάδ' ἄξιον μονῆς
ὅτῳ πέποιθέ μοι ξυνὼν
κρατεῖν ἂν ἢ τὸν ἐχθρὸν ἢ
φίλοισιν ὠφελεῖν ἔχειν;

quid? *vincere hostem* potuitne ab illo dici κρατεῖν τὸν ἐχθρόν, aut *amicos iuvare* τοῖς φίλοις ὠφελεῖν? Deinde pro ἢ κρατεῖν τῶν ἐχθρῶν ἢ τοὺς φίλους ὠφελεῖν licebitne omittere alterutrum articulum et ἢ ita traiicere, ut legatur: κρατεῖν ἢ τῶν ἐχθρῶν ἢ φίλους ὠφελεῖν? Qui haec inducere in animum potest in quacumque alia re utilius quam in Graecis scriptoribus interpretandis studium et operam suam collocabit. Quid igitur? in huiusmodi locis licet esse ingeniosis, at parum aut nihil prodest. Metuendum enim est ne omnia antiquae scripturae indicia et vestigia prorsus sint deleta, itaque in his omnibus criticorum optimus est (quod de medicis dixit aliquis apud Stobaeum Floril. CII. 9) ὁ τὰ δυνατὰ καὶ τὰ ἀδύνατα δυνάμενος διαγιγνώσκειν.

Pag. 23. *Bonum factum, quod bene multi supersunt libri vetusti, interpolationibus istis antiquiores, unde fraus apparet et ipsa scriptoris manus e genuinis antiquae scripturae reliquiis certa*

correctione potest restitui). Non arbitror manifestius id apparere posse quam ex hoc loco Plutarchi de audiendis poëtis p. 20. D. αἱ δὲ τῶν ποιητῶν ὑπεναντιώσεις πρὸς αὑτοὺς ἀνταναφέρουσαι τὴν πίστιν οὐκ ἐῶσιν ἰσχυρὰν ῥοπὴν γενέσθαι πρὸς τὸ βλάπτον. Ὅπου μὲν οὖν αὐτοῖς τὸ τιθέναι σύνεγγυς ἐκφανεῖς ποιεῖ τὰς ἀντιλογίας δεῖ τῷ βελτίονι συνηγορεῖν· ὥσπερ ἐν τούτοις· —

— τί δῆτα δεῖ σε κάμνειν; κατθανεῖν
ἄμεινον. οὐδεὶς κάματος εὐσεβεῖν θεούς.

id est, si interpretibus credendum:

A. *Quid ergo? numquam te mori expedit Diis?*
B. ***Praestat***, *nec ullus est labor colere* ***Deos.***

quae quam aliena sint vides. Vera scriptura et ipsa manus Euripidis, cuius ex Palamede locus est, ita latet in antiquissimis codicibus, ut manifesta correctione erui possit. Scilicet optimus et pervetustus liber, qui Venetiis inter codices Bessarioneos servatur, hanc mihi dedit lectionem:

τί δῆτα οὖσιν δεῖ σε κατθανούμενον.

ubi pro ΟΥCΙΝ lege ΘΥΕΙΝ, quod puncto et lineola discrepat, et Euripideum habebis senarium, qualis ab illo scriptus et a Plutarcho laudatus est:

τί δῆτα θύειν δεῖ σε κατθανούμενον;

respondet Palamedes:

ἄμεινον. οὐδεὶς κάματος εὖ σέβειν θεούς.

in his demum: τὸ τιθέναι σύνεγγυς ἐκφανεῖς ποιεῖ τὰς ἀντιλογίας, et potest aliquis τῷ βελτίονι συνηγορεῖν. Spectemus nunc ad hanc lucem librariorum et criticastrorum socordiam et temeritatem. Videbimus in lectionibus reliquorum codicum emendatae scripturae vestigia magis magisque obliterari, donec tandem

prorsus perierint, et actum de illo loco fuisset si quemadmodum in tot aliis, recentiorum apographorum fide et auctoritate standum esset. Gliscentem labem possumus oculis subiicere. Codices et editiones haec dederunt:

τί δῆτα οὖσι δεῖ σε κατθανούμενον
τί δῆτ' οὖσι δεῖ σε κατθανούμενον
τί δῆτα οὖσι δεῖ σε κατθανεῖν
τί δῆτα οὐ δεῖ σε κατθανεῖν
τί δῆτα δεῖ σε κατθανεῖν
τί δῆτα οὖσι δεῖ σε κάμνειν κατθανούμενον
τί δῆτα δεῖ σε κάμνειν κατθανούμενον
τί δῆτα δεῖ σε κάμνειν κατθανεῖν.

Fraus nunc, quod dicebam, apparet. Librarius aliquis olim e vetustissimo libro male pro ΤΙΔΗΤΑΘΥΕΙΝΔΕΙCΕ aliud agens dedit τί δῆτα οὖσιν δεῖ σε, turpi errore, sed perito medico facile sanabili. Qui proxime secuti sunt nil nisi δῆτ' et οὖσι peccaverunt, quae non tam levia sunt ac videntur: namque sic iam multum a vera scriptura aberravimus; supervenit corrector aliquis, qui se recte facturum putavit, si ista ad grammaticam rationem conformaret scribendo: τί — δεῖ σε κατθανεῖν pro κατθανούμενον. Aliam rationem iniit criticaster alius, qui aliquid excidisse ratus audacter de suo κάμνειν infersit. Uterque reliquias veteris scripturae ad suam correctionem accommodavit, unde natae sunt hae lectiones aeque corruptae:

τί δῆτα δεῖ σε κατθανεῖν
τί δῆτα δεῖ σε κάμνειν κατθανούμενον.

denique ex utraque hac conflata est quae Wyttenbachio placuit:

τί δῆτα δεῖ σε κάμνειν, κατθανεῖν Ἄμεινον.

unde quam infeliciter aliquid sani exsculpere conati sint homines docti videbis apud eos qui Euripidis fragmenta collegerunt. In huiusmodi calamitate sine ope librorum nulla spes salutis est, at hoc tamen valet iudicium et longa cum veteribus consuetudo, ut subesse in his fraudem sentire et perspicere possis, et quum ipsa scriptoris manus erui nequeat, at sententia tamen eorum, quae perierunt, certa coniectura possit excogitari, ut in hoc ipso loco Grotius ostendit, qui quum corrigeret:

A. *τί δεῖ θεοὺς σέβειν σε κατθανούμενον;*
B. *ἄμεινον κτέ.*

recte cogitando proxime accessit ad id ipsum, quod Euripides et Plutarchus habuerant in animo. Cf. Valckenaerium ad Phoen. vs. 1331.

Pag. 23. *Sed aliorum multorum, quorum non nisi recentiores codices nunc exstant, iniquior est conditio, nam interpolatos esse constat, antiquam scripturam in plerisque locis non nisi ancipiti coniectura et incerta divinatione possumus expiscari.*) Si quis huius rei documenta et exempla a me peteret, ante reliquos omnes Lysiae orationes proferrem, quae quum in pessimis et recentissimis libris ad nos pervenerint non simplici calamitate affectae sunt. Nam quum librariorum socordia passim contaminatae circumferrentur iam olim videntur multi temerariis interpolationibus laborantem sententiam magis magisque pessumdedisse. Deinde quum vel sic tamen multi loci intricati superessent, qui omnem interpretationem respuerent nec sine vio-

lentiore medicina sanari posse viderentur, exortus est Graeculus aliquis, qui denuo audacter quidquid libuerat vulgatis lectionibus substituit, nil veritus resecare si quid otiosum putaret, addere de suo quidquid commode addi posse existimaret et quocumque modo propagatam e vetustioribus libris scripturam vel sic satis male habitam novis erroribus depravare. Scripturam sic ex huius arbitrio constitutam quum in Laurentiano codice invenisset Bekkerus haud cunctanter, quasi si integriorem Lysiam repperisset, recepit in textum ne in audacissimis quidem Graeculi coniecturis fraudem suspicatus. Arguitur autem facile in coniecturis, qualis illa est p. 114 (275 Bekk.) *ἐπειδήπερ ὑμῖν ἔθος ἐστὶν ἕνα τῶν ξυνόντων ἀεὶ* (Graecitas postulat: *ἕνα ἀεὶ τῶν ξυνόντων*) *κακῶς λέγειν καὶ ποιεῖν ἐπειδὰν ἐγὼ ὑμῖν μ η ν ί σ ω πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς τρέψεσθε.* Lysias non magis *μηνίσω* usurpare potuit quam *χώσεται*, ut hoc utar, vel *χολωθείς* vel *κοτέσσεται.* Fecerunt hoc Graeculi recentiores, qui multum sibi placebant quum verbis suis antiquissima Homeri verba miscerent, quemadmodum fecit historicus ille apud Lucianum in suavissimo libro *de historia conscribenda*, Tom. II. p. 22. *ἔλελιξε μὲν ἡ μηχανὴ, τὸ τεῖχος δὲ πεσὸν μεγάλως ἐδούπησεν. — Ἔδεσσα μὲν δὴ οὕτω τοῖς ὅπλοις περιεσμαραγεῖτο καὶ ὄτοβος ἦν καὶ κόναβος ἅπαντα τὰ ἐκεῖ. καὶ ὁ στρατηγὸς ἐμερμήριζεν ᾧ τρόπῳ μάλιστα προσαγάγοι πρὸς τὸ τεῖχος.* verum neque Lysias neque Atticorum quisquam eo morbo laboravit. Peccavit criticaster qui quum vulgatam lectionem *μηνύσω* videret stare non posse ingeniosus sibi visus est quum *μηνίσω* reponeret: veram lectionem in *μη-*

νύσω latentem eruit Marklandus: μὴ συνῶ (ξυνῶ), ut paulo ante: οὐκ οἶδ' ὅ τι ζημιωθήσομαι μὴ ξυνὼν ὑμῖν, ubi scribendum est de more Atticorum ὅ τι καὶ ζημιωθήσομαι. Ostendam primum unum et alterum locum, unde fraus correctorum antiquiorum pateat, deinde illius interpolationes arguam, qui Bekkerum et alios decepit. In oratione ὑπὲρ τοῦ ἀδυνάτου pag. 168 (412 Bekk.) legitur: διὰ γὰρ οὐδὲν ἄλλο μοι δοκεῖ παρασκευάσαι τόνδε μοι τὸν κίνδυνον οὗτος ἢ διὰ φθόνον. — εἰ μὲν γὰρ χρημάτων ἕνεκα, συκοφαντεῖ, εἰ δ' ὡς ἐχθρὸν ἑαυτοῦ με τιμωρεῖται, ψεύδεται. διὰ γὰρ τὴν πονηρίαν αὐτοῦ (scrib. τὴν αὑτοῦ) οὔτε φίλῳ οὔτ' ἐχθρῷ πώποτε ἐχρησάμην αὐτῷ. quae quam absurda sint nihil attinet ostendere. Solemni errore confusa sunt in hoc loco, ut passim alibi, οὐ et εἰ, οὐδ' et εἰ δ' et facile vincam scripsisse oratorem: οὐ μὲν γὰρ χρημάτων ἕνεκα συκοφαντεῖ οὐδ' ὡς ἐχθρὸν ἑαυτοῦ με τιμωρεῖται. διὰ γὰρ τὴν πονηρίαν τὴν αὑτοῦ κτέ. ubi quum semel εἰ μέν et εἰ δέ scriptum esset suspicatus aliquis alteram apodosin requiri infeliciter ψεύδεται inseruit, haud secus atque κάμνειν modo vidimus Euripidi obtrusum. Gravius multo affectus est locus in oratione κατὰ Φίλωνος p. 188. (462 Bekk.) οὗτος τοίνυν οὐχ ὅπως ὠφελῆσαι τὴν πόλιν ἐν τοιούτῳ καιρῷ καὶ τοιαύτῃ καταστάσει διενοήθη ἀλλ' ὅπως τι κερδαίνοι ἀπὸ τῶν ὑμετέρων συμφορῶν παρεσκευάσατο, in quo hoc, opinor, manifestum est οὐχ ὅπως e more Attico pro *non tantum non* positum fefellisse hominem, praesertim quum ὠφελῆσαι noto errore pro ὠφέλησε scriptum esset, unde liquido apparet verbum διενοήθη eidem temeritati deberi, qua superiora depravata esse comperimus. Videtur

mihi homo lacunam explere voluisse, nam prima tantum et ultima sana esse video. Quid si sic suppleatur: *οὗτος τοίνυν οὐχ ὅπως ὠφέλησε τὴν πόλιν ἐν τοιούτῳ καιρῷ καὶ ἀπορίᾳ τοιαύτῃ καταςᾶσαν ἀλλὰ καὶ κερδαίνειν ἀπὸ τῶν ὑμετέρων συμφορῶν παρεσκευάσατο.* Facile nunc apparebit labes, quam alter locus eiusdem orationis contraxit p. 189 (465 Bekk.). *εἰ μέν τις φρούριόν τι προὔδωκεν ἢ ναῦν ἢ ςρατόπεδον — ταῖς ἐσχάταις ἂν ζημίαις ἐζημιοῦτο, οὗτος δὲ προδοὺς ὅλην τὴν πόλιν οὐχ ὅπως τιμωρηθήσεται παρασκευάζεται.* Sentisne aliquid deesse? Excidit: *ἀλλὰ καὶ βουλεύειν παρασκευάζεται,* aut aliud quid in eandem sententiam. Sequitur mox: *καίτοι δικαίως γ' ἂν ὅςις φανερῶς ὥσπερ οὗτος προὔδωκε τὴν ἐλευθερίαν οὐ περὶ τοῦ βουλεύειν ἀλλὰ περὶ τοῦ δουλεύειν καὶ τῆς μεγίςης ἀπορίας ἐκκλησιάζεται,* ubi corrector, cuius lectiones in codice Laurentiano exstant, *ἐκκλησιάζοιτο* rescripsit, ut saltem grammatica ratio constaret. Mihi verum videtur: *δίκαιός γ' ἂν ἦν — ἀγωνίζεσθαι.* Locutio *οὐχ ὅπως — ἀλλὰ καί,* qua non est alia apud Lysiam frequentior, iterum ab librariis male habita est in oratione *κατὰ Νικομάχου* p. 186 (456 Bekk.) *ἀλλ' οὐχ ὅπως ὑμῖν τῶν αὑτοῦ τι ἐπέδωκεν ἀλλὰ τῶν ὑμετέρων πολλὰ ὑφῄρηται,* ubi Graece scribendum est: *ἐπέδωκεν ἀλλὰ καὶ τῶν.* In oratione *κατ' Ἀγοράτου* legitur: p. 134 (325 B.) *δεῖ γὰρ αὐτὸν ἀποδεῖξαι ὡς οὐ κατεμήνυσε τῶν ἀνδρῶν τούτων οὐδ' αἴτιος αὐτοῖς ἐςὶ τοῦ θανάτου ὅπερ οὐκ ἂν δύναιτο οὐδέποτε ἀποδεῖξαι.* Inconcinna haec sunt nec Lysia satis digna, sed bis ab interpolatore depravata: *ὅπερ οὐκ ἂν δύναιτο* de suo dedit corrector Laurentianus pro *κἂν δύναιτο.* his igitur primum abiectis ita

legerim: *καὶ γὰρ ὡς οὐ κατεμήνυσε τῶν ἀνδρῶν — θανάτου οὐκ ἂν δύναιτο οὐδέποτε ἀποδεῖξαι.* Sic apparet quid peccaverit corrector vetus, qui quum *καί* non satis appareret audacter *δεῖ γὰρ αὐτὸν ἀποδεῖξαι* infersit. Aliud exemplum mihi videre videor in loco pessime habito p. 112 (270. B.) *πρῶτον μὲν οὖν ἵνα μή τις ὑμῶν τάχα δὴ βοηθῶν οἷς ἐξημάρτηκε πρόφασιν πορίσηται τῆς ἁμαρτίας εἰπάτω τίς ὑμῶν ὑπ' ἐμοῦ κακῶς ἀκήκοεν ἢ πέπονθεν.* Dicam quid venerit in mentem: scripsisse suspicor oratorem: *ἵνα μή τις ὑμῶν οἷς ἐξημάρτηκε πρόφασιν πορίσηται τῆς ἁμαρτίας εἴπατε τίς κτέ.* fuit, qui aliquid deesse putaret; adscripsit igitur *τάχα δὴ βοηθῶν* »*fortasse βοηθῶν*" nempe addendum vel restituendum, quod nunc male invectum est in orationem. Ancipites istiusmodi coniecturas fateor esse: certiora sunt quae de nova interpolatione e Laurentiano codice ostendam. Quam temere is liber, cuius auctoritas Bekkero et aliis imposuit, a Graeculo sit interpolatus non possum melius arguere, quam si unam aliquam orationem totam percurrero. Delegi primam *κατ' Ἀλκιβιάδου*, ex qua satis superque quod mihi propositum est probari posse arbitror. Pag. 140 (340 B.) *ἡγοῦμαι δ', ὦ ἄνδρες δικασταί, ὅλῳ τῷ νόμῳ μόνον αὐτὸν τῶν πολιτῶν ἔνοχον εἶναι. ἀστρατείας μὲν ὅτι καταλεγεὶς ὁ πατὴρ οὐκ ἐπεξῆλθε μεθ' ὑμῶν στρατοπεδευομένων.* Corrector locum corruptum sic interpolavit: *ὅτι οὐ κατελέγη, λειποταξίου δὲ ὅτι οὐκ ἐπεξῆλθε μεθ' ὑμῶν στρατοπέδῳ μόνος,* quae quum nec vera sint nec bene Graeca neque sensum contineant eum, quem Graeculus putabat, miror a Bekkero sine suspicione recepta esse. Quanto felicius e

reliquiis veteris scripturae corruptae et mutilae eruit Bakius haec: ἀστρατείας μὲν ὅτι καταλεγεὶς οὐ παρῆν, λιποταξίου δ' ὅτι οὐκ ἐξῆλθε μεθ' ὑμῶν στρατευομένων. Magis etiam miror p. 140 (341 B.) quum vulgata lectio esset: οὐδεπώποτε ὁπλιτεύσαντες ἱππεύσαντες δέ probari Bekkero potuisse infelicem eiusdem hominis correctionem ἔφιπποι δὲ ὄντες, quod paene ridiculum est. p. 141 (343 B.) pro καὶ ὅτε μὲν παῖς ἦν οὔπω δῆλος ἦν ὁποῖός τις ἔσται corrector perperam καί inserto legit παῖς ἦν καὶ οὔπω δῆλος ἦν, quod aurem offendit. Melius potuerat: παῖς ὤν. ibid. οὔκουν δεινόν, ὦ ἄνδρες δικασταί, τούτους μὲν οὕτως εὐτυχεῖς εἶναι ὥστ' ἐπειδὰν ἐξαμαρτάνοντες ληφθῶσι διὰ τὸ αὐτῶν γένος σώζεσθαι, ἡμᾶς δέ, εἰ ἐδυστυχήσαμεν διὰ τοὺς οὕτως ἀτακτοῦντας μηδένα ἂν δύνασθαι παρὰ τῶν πολεμίων ἐξαιτήσασθαι μηδ' ἂν τὰς τῶν προγόνων ἀρετάς, correxit μηδὲ διὰ τάς, in quo διά verum esse potest, μηδέ alienum est, quemadmodum ἄν in μηδένα ἂν δύνασθαι. Pag. 142 (344. B.) πολὺ μᾶλλον αὐτοῖς προσήκει τῶν λιπόντων τὴν τάξιν κατηγορεῖν ἢ ὑπὲρ τῶν τοιούτων ἀπολογεῖσθαι, correxit ὑπὲρ τούτων et vim sententiae fregit. melius λειπόντων scripsisset. ibid. ἂν μὴ ἀποδείξωσιν — ὡς ἐστρατεύσατο ἐν τοῖς ὁπλίταις ἢ ὡς ἱππεύειν δεδοκιμασμένος, admodum infeliciter adiecit de suo ἐστίν, ac praetervidit simplicissimam correctionem: ἱππεύει. Paulo post: ἐὰν δὲ μηδὲν ἔχοντες δίκαιον κελεύωσιν αὐτῷ ὀργίζεσθαι, μεμνῆσθαι χρή κτέ. quum in codd. ferretur lectio αὐτοὶ ὀργίζεσθαι correxit: αὐτοὶ ὀργίζεσθε, μεμνῆσθαι δὲ χρή. Facilius credam Dobraeo dixisse Lysiam: κελεύωσιν αὐτοῖς χαρίζεσθαι. Pag. 142 (345. B.) οὗτος γὰρ παῖς μὲν ὢν παρ' Ἀρ-

χεδήμῳ τῷ γλάμωνι — πολλῶν ὁρώντων ἔτι μὲν ὑπὸ τῷ αὐτόματι κατακείμενος. In his aliquid audendum ratus non magis audacter quam infeliciter rescripsit: *πολλῶν ὁρώντων νυκτός τε ὑπὸ τῷ αὐτῷ οἰκήματι κατακείμενος*, quae quam sint inepta non melius sentiri potest quam si apposueris veram scripturam partim ab Reiskio pulchra et felicissima coniectura restitutam. Scilicet in ETIMEN latere vidit *ἔπινεν*. Reliqua adhuc misere laborant et ineptis correctiunculis vexata sunt. Quod Graeculo in mentem venit: *ὑπὸ τῷ αὐτῷ οἰκήματι* non magis absurdum est quam *ὑπὸ τῷ αὐτῷ στρώματι*, *στρωματεῖ*, *εἵματι*, *ἱματίῳ* quae coniecerunt critici recentiores. Sardi venales: quis enim potest sine risu ob oculos sibi ponere Alcibiadem et Archedemum *potantes ὑπὸ τῷ αὐτῷ ἱματίῳ κατακειμένους*? Nova quidem haec est compotatio in stragulis. Quaerere igitur pergendum quid in istis *ὑποτωιαυτοματι* lateat. Porro p. 143 (346. B.) quum in libris recte scriptum esset: *ὃν μᾶλλον ἔδει κοσμιώτατον εἶναι τῶν πολιτῶν — οὗτος ἑτέρους ὑβρίζειν πειρᾶται*, nescio qua de causa *οὗτος* in *ὁ δέ* mutavit. Peius etiam p. 143. (346 B.) *πολλοστὸν μέρος τῶν εἰδῶν τῶν ἑαυτῷ προσηκόντων* resecuit verba *τῶν εἰδῶν* nulla alia de causa, nisi quod non intelligebat. Acute Marklandus *τῶν ὀνειδῶν* scribendum esse vidit, at non perfecit emendationem: nempe corrigendum praeterea erat *προσόντων* pro *προσηκόντων*, ut apud Demosthenem pro Corona p. 314. *οὐ γὰρ ἔσθ' ἂν δείξαιμι προσόντ' αἰσχρὰ τούτῳ καὶ ὀνείδη, πάντ' οἶμαι δεῖν εὐχερῶς λέγειν.* et saepius alibi. Hae igitur omnes eiusdem sunt in una oratione *παραδιορθώσεις*: similes e reliquis nullo negotio

colligi poterunt, ex quibus pauca delibabo. In oratione ὑπὲρ τῶν Ἀριςοφάνους χρημάτων pag. 154. (375. B.) τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ ὁμοπατρίου ἀποκειμένας παρ' αὐτῷ τετταράκοντα μνᾶς εἰπὼν κατεχρήσατο, temere scripsit λαβὼν quum ἔχων, opinor, unice sit verum. Pag. 186 (457 B.) ὑμᾶς δὲ τοσούτους ὄντας καὶ ἠδικημένους ὑπὸ τούτου ζητήσουσιν ὡς οὐ χρὴ δίκην παρ' αὐτοῦ λαμβάνειν, rescripsit ζητοῦσιν, quod male recepit Bekkerus, nam contrarium est sententiae, quae requirit futurum; scribendum erat: ζητήσουσι πείθειν ὡς οὐ χρή κτέ. quae perfamiliaris Atticis locutio est. fieri potest ut ΖΗΤΗCΟΥCΙΠΕΙΘΕΙΝ librarios fefellerit: at certiora de genere hoc arbitror haecce p. 125 (302 B.) ποῦ κάλλιον ἂν ἦν (dele ἄν) ἀνδρὶ ἄρχοντι ἢ Θρασυβούλου Φυλὴν κατειληφότος τότ' ἐπιδείξασθαι τὴν αὐτοῦ συνουσίαν; ubi ΑΥΤΟΥΕΥΝΟΙΑΝ unice verum esse arbitror, ut p. 149 (365 B.) ἐπεδείξατο τὴν εὔνοιαν et alibi. Satis certum credo etiam hoc p. 155. (378 B.) ἔτι δὲ φαίνονται οὐδὲν πώποτε διενεχθέντες, ὥς' εἰκὸς καὶ περὶ τῶν χρημάτων ταὐτὰ γνῶναι ἱκανὰ μὲν ἐνθάδε τῷ υἱεῖ ἑκάτερον καταλιπεῖν τὰ δ' ἄλλα παρ' αὐτοῖς ἔχειν. asyndeton huic loco non convenit, unde olim arbitror scriptum fuisse: ΓΝΩΝΑΙΚΑΙΤΑΜΕΝ (γνῶναι καὶ τὰ μέν) et fortasse σχεῖν pro ἔχειν: sequitur: ἡγοῦντο δὲ καὶ τὰ ἐκεῖ ὅμως σφίσιν εἶναι ἴσα ὥσπερ καὶ τὰ ἐνθάδε, imo vero: ὁμοίως σφίσιν ΕΙΝΑΙCΑ (εἶναι σᾶ), quod Atticum est pro σῶα. ut in fragmento Euripidis apud Valcken. Diatr. p. 214.

εὔσημα καὶ σᾶ καὶ κατεσφραγισμένα.

Eodem modo σῶν feliciter Lysiae reddidit corrector codicis C. p. 160 (391. B.) ἕως τὸ ςρατόπεδον σῶν

ῆν pro vulgata codicum scriptura σῶον. Quamquam enim saepe, ut ostendi, lapsus est, non tamen ei nulla laus est tribuenda: imo saepius et is et alii correctores Graeci ingeniosissime nonnulla restituerunt neque umquam sollertia et ingenium Graecos homines prorsus defecit. Vidi equidem in Marciano codice, quo scripta quaedam Plutarchi Moralia continentur, correctiones complusculas acutissime a Graeco lectore repertas. In eo tantum culpandus homo est quod ubique veteres lectiones quantum potuit erasit, ut suas coniecturas non omnes aeque bonas substitueret, quae res in bona parte codicum recentiorum criticos transversos agere assolet. Eosdem tamen correctores et antiquiores et recentiores in iisdem libris, quos tam licenter emendare solebant, plura fugerunt, quae per errorem barbare aut soloece scripta facili negotio Graeca fieri poterant. Nonnullos miraturos arbitror si dixero in plerisque libris Graecis multa adhuc legi manifesto corrupta, quibus graviter peccatur in eas ipsas linguae Graecae leges de quibus inter omnes dudum constare omnes arbitrantur. Multa barbare, plurima soloece dicta vel in Atticis scriptoribus editores aequo animo ferunt. Satis superque est in uno Lysia unde hoc evincam. Primum igitur ea arguam, quae barbare nunc scripta sunt, deinde alia complura addam quae neque ratio neque usus Attici sermonis umquam tulerunt, id est ea, quae Attici vel omnino Graeci *veteres* nec dixerunt umquam nec dicere potuerunt, ac tamen per novas semper editiones propagantur et tamquam bene Graeca auctoritatem et fidem etiam apud Gram-

maticos paratam invenire solent. In Lysiae oratione κατ' Ἐργοκλέους p. 180. (440 B.) ἐπειδὴ τάχιστα ἐνεπέπληντο καὶ τῶν ὑμετέρων ἀπέλαυσαν ad hunc diem sine suspicione legitur. At barbarum est ἐνεπέπληντο, quia πέπλημαι non magis potuit Graece dici quam πέπειμαι, ut hoc utar. scribe: ἐνέπληντο, ut solebant Lysiae aequales in Attica loqui. Aristophanes in Vespis 1304. sq.

εὐθὺς γὰρ ὡς ἐνέπλητο πολλῶν κἀγαθῶν
ἐνήλατ', ἐσκίρτα.

et alibi passim. Barbarum est p. 100. (235 B.) εἴ τινες μαχεσάμενοι ἔτυχον ἀλλήλων κατεάξαντες τὰς κεφαλάς pro κατάξαντες, ubi librarii in media barbarie nati sordes aequalium, qui κατεαγῆεὶς et ipsum adeo κατεάσσω usurpabant, Lysiae affricuerunt. Hinc paulo ante iidem scripserunt: ἄλλα πολλὰ ὑβρισμένος καὶ κατεαγεὶς τὴν κεφαλήν, ubi corrector codicis Laurentiani καταγείς correxit quum κατεαγώς debuisset. Idem saepe ψηφίσομαι et similia menda correxit, quamquam interdum linguae magis quam sententiae consulens reposuit probam et Atticam formam in — οῦμαι vel — ζομαι, ubi sententia aliam requirebat. Vid. p. 139. (337. B.). Barbarum est p. 136. (329. B.) καὶ ὤφλησεν ὑμῖν μυρίας δραχμάς, pro ὦφλεν. hoc quoque ex abiectissima Graecitate invectum, quum ἔλειψα, ἦξα, ἡμάρτησα, ὠλίσθησα, ἔρρευσα, quin etiam ἥρησα et quid non huius generis in usu essent. Huiusmodi turpe mendum adhuc Aristophanis versum commaculat in Lysistr. 553.

Κᾆτ' ἐντέξῃ τετανὸν τερπνὸν τοῖς ἀνδράσι καὶ ῥοπαλισμούς.

barbarum est ἐντέξαι pro ἐντεκεῖν: veram lectionem

feliciter eruit amicus quidam meus: ἐνστάξῃ. Apud Lysiam eadem forma ὦφλεν iterum depravata fuit p. 159 (389 B.) in ὤφειλεν, ubi corrector bene emendavit: ὅτι τοσαῦτα ὦφλε χρήματα. Vocabulum κᾆτα in Aristophane admonet me loci Lysiaci, in quo latere videtur p. 185 (454. B.) καὶ τούτοις ὁ ἱερόσυλος περιτρέχει λέγων ὡς εὐσέβειαν ἀλλ' οὐκ εὐτέλειαν ἀνέγραψε. Marklandus καὶ ἐπὶ τούτοις corrigebat: equidem agnoscam Attice loquentem si correxeris: κᾆθ' ὁ ἱερόσυλος περιτρέχει λέγων. Ridiculum vitium est p. 136 (329 B.) ἐπετυχέτην αὐτῷ βαδίζοντι, namque est aliquid inter ἐπιτυχεῖν et περιτυχεῖν, quod reponendum. Minus turpia at non minus vitiosa sunt haec: ἐλεεινούς pro ἐλεινούς p. 182 (447. B.) quod ex Homero etiam alio male invectum est, ut ostendit Porsonus in praefat. ad Hecubam p. VII. (IX Sch.) ὀλιγαρχίαν καθιστάνειν pro καθιστάναι p. 180 (441. B.) qua sola forma probati scriptores utuntur, quum ἰδιῶται recentiores καθιστᾶν et καθιστάνειν dicere solerent, vid. Lucianum in Soloecista Tom. III. p. 571. Neque ὤμνυε pro ὤμνυ a Lysia poni potuit p. 154 (376. B.) quia recentior hic usus est, quo ὀμνύω δεικνύω et similia frequentari coeperunt, neque Ἀκαδημίαν pro Ἀκαδήμειαν, quae sola forma Graeca est, p. 150 (366 B.) neque ἀποδείξαιεν p. 146 (355. B.) aut τελευτήσαιεν p. 133 (324. B.) quum Attici constanter ἀποδείξειαν, τελευτήσειαν et similia dixerint, neque ἐληϊζόμην p. 160 (391. B.) quod Homericum est pro ἐλῃζόμην. frequens hic error est, quum nemo tamen ληϊστής aut ληϊστήριον scripturus esset. Ferri non debebat p. 114 (275. B.) vitiosum ποθέσομαι quum

codices unice probatam veteribus formam ποθήσομαι dedissent, neque ἡσυχίαν — ἕξειν p. 180 (441. B.) pro ἄξειν. Eadem opera tollere poteris turpem maculam e p. 132 (319. B.) ὡμολόγουν παρέξειν εἰς τὴν βουλήν, imo vero παράξειν. Saepius παράγειν εἰς τὸν δῆμον et similia apud Lysiam occurrunt, etiam in hac ipsa oratione p. 132 (321. B.). Soloecum est p. 160 (390. B.) εἰ τούτους μὲν ἀφῆτε, ἡμῖν δ' οὐ χαριεῖσθε. quantillum erat reponere veram formam ἀφεῖτε. Credamusne ab Attico scribi potuisse p. 149 (362. B.) ἅπαντα πλείονος ἢ ταλάντου τετίμηνται pro τετίμηται, aut ἔπιπλα δ' ἀπεφαίνοντο p. 154 (378. B.) pro ἀπεφαίνετο. Aequo animo tulit haec Bekkerus, qui tamen recte emendaverat τὰ τείχη κατεσκάφη pro κατεσκάφησαν p. 133 (321. B.). Alia multa quae Graeca non sunt nedum Attica adhuc praeterviderunt Editores, veluti: αὐτὸν — οὐχ οἷοί τε εἰσὶν ἐπεξελθεῖν pro αὐτῷ p. 188 (463. B.) τὰ μέγιστα περὶ τὴν πατρίδα ἠδίκηκεν p. 189 (464. B.) ubi praestat περί expungere quam ἡμάρτηκεν scribere. ἀγαθόν τι πρᾶξαι τῇ πόλει p. 134 (324. B.) pro τὴν πόλιν. Ὅτε male pro ὅτι positum est p. 152 (371. B.) ubi legendum: ὅτι οὖν τοιαῦτα πολλὰ γεγένηται — εἰκὸς ὑμᾶς κτέ. Contra ὅτι pro ὅτε irrepsit p. 113 (272. B.) καὶ ταῦτα δ' ὅτι πρὸς τοὺς τελευταίους ἔλεγεν οὐκ ᾤεσθε ἀπαγγελεῖν ἡμῖν: lege: ὅτε — ἐλέγετ' οὐκ ᾤεσθε κτέ. Excidit praepositio p. 154 (377. B.) φύλακας κατεστήσαμεν τῇ οἰκίᾳ. adde ἐν. male omittitur articulus p. 152 (372. B.) οὕτω δεινὴ συμφορὰ γεγένηται. imo vero: ἡ συμφορά. Contra pro ὅτ' ἦν ἐν τῇ ἡλικίᾳ p. 153 (373. B.) Graece ἐν ἡλικίᾳ erat dicendum. Male traiectus articulus

est p. 132 (321. B.) ἀπέχρη ἐν τῇ βουλῇ μήνυσις ἡ γεγενημένη pro ἡ ἐν τῇ βουλῇ γεγενημένη expuncto μήνυσις. Haec omnia vitiosa esse facile erat in quocumque probato scriptore animadvertere, quanto magis in Attico, cui non licebat latum unguem discedere ab ea consuetudine loquendi, quae apud aequales frequenti omnium usu adeo invaluerat, ut non sine affectatae et putidae orationis vitio aliquid a quoquam novari posset. Florentissima aetate sermonis Attici, quum omnes recte loquerentur, forma et compositio verborum erat stabilis, omnium maxime in iis scriptis quae popularium vitam et mores et ingenium referre debebant. Eo magis offendunt igitur quae in his a perpetuo usu ac ratione populi Atheniensis abhorrent eoque manifestius indidem quae sola vera possunt esse repetuntur; haud secus atque unusquisque nostrum in vernaculo sermone aut alia aequalium lingua, quam percalleat, recte dicta ab iis quae vitiose dicuntur facile distinguit. Lubet ita percurrere Lysiam, ut diligenti observatione linguae Atticae vitia quaedam, quae constanti omnium Attice loquentium usui repugnant, eximamus. Non solent Attici κακονοοῦντες dicere ut legitur p. 182 (447 B.) neque εὐνοοῦντες ἡμῖν ut p. 131. (316. B.) sed κακόνοι ὄντες et εὖνοι ὄντες. Quod legitur p. 154 (376 B.) ὃ δὲ μέγιστον τεκμήριον. Δῆμος γάρ κτέ. ita erit Atticum si τὸ δέ scripseris. Idem vitium passim tollendum est. Οὐ καλῶς Ἀθηναῖον ὄντα p. 135 (326 B.) nemo Atticorum umquam dixit, sed καθαρῶς. Οὐκ ἔφασαν ἐπιτρέψαι p. 131 (317. B.) et 134 (324. B.) longe aliud est quam ἐπιτρέψειν, quod ora-

tor debebat dicere et dixit. Βουλεύειν περὶ ἡμῶν p. 188 (460. B.) quid sit Athenienses nesciunt, quibus ὑπὲρ ἡμῶν solemne est dicere. Neque φέρων εἰρήνην τοιαύτην, ἣν ἡμεῖς ἔργῳ μαθόντες ἔγνωμεν p. 131 (316. B.) sed οἵαν dicebant, neque ἐνειμάσθην δὲ τὼ υἱέε οὐδὲ δέκα τάλαντα ἑκατέρῳ ἀποθανόντος p. 156 (381. B.) sed ἑκάτερος, nec Στεφάνῳ δὲ τῷ Θαλλοῦ ἐλέγετο εἶναι πλέον ἢ πεντήκοντα ταλάντων ibid. sed τάλαντα. Numquam quis ἐξ αὐτῶν ὧν ἐκεῖνος ἔπραττεν in Attica dixisset pro ἐξ ὧν p. 154 (374. B.) neque Διόδωρος οὗτος ἀποτρέπειν ἐπειρᾶτο p. 113 (272. B.) pro οὑτοσί, quod vitium in nostris libris frequentissimum est, ubi sermo est de eo, quem orator oculis vel digito designat, in qua re articulus omittitur et necessarium est οὑτοσί, quod librarii ut sexcenties servarunt, sic saepiuscule male abiecerunt. Facillimus error erat in his locis: p. 134 (326. B.) ἐξῆν Ἀγοράτῳ τούτῳ et p. 133 (323. B.) ἐπέσκηπτεν ἐμοὶ καὶ Διονυσίῳ τούτῳ, ubi ΤΟΥΤΩΙ legendum erat τουτῳί, sed alibi etiam eodem modo peccatur, veluti p. 133 (323. B.) περὶ Ἀγοράτου τούτου ἔλεγεν ὅτι αἴτιος ἦν τοῦ θανάτου. pro τουτουὶ ἔλεγεν ὅτι αἴτιος αὐτῷ κτέ. et p. 96 (227. B.) ἐμποδὼν ἐμοὶ γεγένηται Σίμων οὗτος pro οὑτοσί et multis aliis locis. Contra οὑτοσί nonnumquam inepte de *absente* occurrit, ut p. 135 (326. B.) οὑτοσὶ οὖν pro οὗτος. Leve videbitur vitium, quod resedit in p. 134 (326. B.) εἰ ἐκείνοις ἐπείθου καὶ ἠθέλησας et p. 151 (369. B.) ἂν δ' ἐμοὶ πείθησθε οὐκ ἐλάττω ἀπ' αὐτῶν ὑμεῖς ὠφεληθήσεσθε (melius Attice ὠφελήσεσθε), tamen non leviter eo peccatur in loquendi usum, quo requiritur ἐπίθου et πίθησθε. Tanta est in his formis

permiscendis librariorum socordia, ut ne in Poëtis quidem, unde pleraque talia certo discimus, salvae evaserint nisi ubi metrum errantes retrahebat. Recte *ἀλλ' ἐὰν τούτῳ πίθῃ* in fine senarii servatum est in Aristophanis Equitibus vs. 962. Dind. Sed adhuc legitur *ἐὰν πείθῃ γ' ἐμοί* in Ran. 1134 et 1229. Recte: *ἢν δὲ μὴ πίθησθε* Av. 1086. perperam: *ἢν οὖν ἐμοὶ πείθησθε* Eccles. 229 et 239. *ταῦτα δ' ἢν πείθησθέ μοι* et in Thesmoph. 1167. *ἢν δὲ μὴ πείθησθέ μοι.* Recte metrum *πιθόμενος* servavit Nub. 860 sq. Av. 1012. Plut. 1083. male adhuc *πειθόμενος* scribitur in Vesp. 749. *πειθόμενον* in Av. 5 et 7. Contra *ἐπιθόμην* concinnitati sententiae pariter et metro adversatur in Ranis vs. 1376 ubi repone tetrametrum Iambicum:

— ἐγὼ μὲν οὐδ' ἂν εἴ τις
ἔλεγέ μοι τῶν ἐπιτυχόντων
ἐπειθόμην ἀλλ' ᾠόμην ἂν αὐτὸν αὐτὰ ληρεῖν.

ἐπιθόμην — ἂν quod nunc legitur ne significat quidem *fidem habuissem*, quod postulat sententia; *πιθέσθαι* semper est *morem gerere*. Gravissime autem peccatur in Atticorum consuetudinem p. 494. B. *εἰς τοῦτο μανίας τηλικοῦτος ὢν ἀφίςαται ὥςε κτέ.* Risissent Attici ita loquentem, qui non aliter quam *εἰς τοῦτο* (*τοσοῦτο*) *μανίας ἐλθεῖν*, *ἥκειν* et *ἀφικέσθαι* dicebant. Scriptum est in antiquioribus editionibus *ἀφίςατο*, in quo *ἀφίκετο* latebat. Nimis patienter ferimus p. 470 B. *πολλὰ ἂν εἴη λέγειν* quum passim occurrat tritissima Atticorum locutio: *πολὺ ἂν ἔργον εἴη λέγειν.* et *καὶ γὰρ ἂν καὶ δεινὸν εἴη* p. 182 (447. B.) bis § 12 et 16 quum constanter dixerint Attici: *καὶ γὰρ δὴ*

δεινὸν ἂν εἴη, neque enim ulla est in vocabulis tam frequenti usu compositis traiiciendi licentia, quemadmodum neque in vernaculo sermone. Peccatur alibi in vocabulorum formam, qualis Atheniensibus Lysiae aequalibus in usu fuit: neque enim ἀνήλωσα pro ἀνάλωσα illis usurpabatur, neque ἠντιβόλει pro ἠντεβόλει p. 471. B. neque πλέον ἢ πεντήκοντα p. 156 (381. B.) aut πλεῖον ἢ χίλιοι p. 183 (451. B.) et saepe alibi, quum in his locutionibus πλεῖν ἢ Atticis fuerit solemne. Obliterata est alia loquendi ratio Atticis propria p. 132 (320. B.) ἀλλὰ μὲν δὴ οὐχ ὅμοιά γε σοὶ καὶ ἐκείνοις ὑπῆρχε, ubi ὅμοια γάρ scribendum est. Librarii autem scribendi compendio decepti γάρ et γε sexcenties confundunt: statim sequitur πρῶτον μέν γε Ἀθηναῖοι ἦσαν. Miror quid credant istud γε tali loco sibi velle. γάρ scribendum esse palam est. Verum nulla alia in re frequentius peccari puto quam in usu particulae ἄν, quam video passim aut absurde omissam esse aut alieno loco insertam aut inepte loco *suo* motam. Omittere possim eos locos, ubi critici ipsi peccaverunt, ut p. 134 (325 B.) ubi Marklandus scribi voluit: δεδιότες μὴ καταλυθείη ἂν ὁ δῆμος, quem soloecismum Bekkerus recepit. Codices nos fallunt his locis p. 138 (335. B.) εἰ μὲν οὖν οὗτος μὲν ἐν ἄστει ἡμεῖς δ' ἐν Πειραιεῖ ἦμεν εἶχόν τινα λόγον αὐτῷ αἱ συνθῆκαι, ubi ἄν sine controversia excidit, neque alibi quam post εἶχον stare potest. Similiter p. 155 (378. B.) εἰ οἴονται πολλὰ γενέσθαι Νικοφήμῳ ὁμολογήσειαν τὰ Κόνωνος εἶναι πλείονα, quod votum est: *utinam concedant*, ni ἄν addatur. P. 179 (440. B.) οἶμαι δ' ἔγωγε πάντας ὑμᾶς ὁμολογῆσαι falsum est,

namque orator πάντας ἂν ὑμᾶς volebat dicere. Duplex vitium commaculat locum p. 142 (345. B.) οὐδὲν ἂν ἔδει τῶν ϛρατηγῶν, οὐδὲ γὰρ εἶχον ὅτου ἡγοῦντο. i. e. *neque enim habebant cui imperabant;* quod requirit sententia: *neque enim haberent, cui imperarent,* Graece est οὐ γὰρ ἂν εἶχον ὅτου ἡγοῖντο vel ἡγήσοιντο. Saepius corrector Laurentianus ἄν desiderari sensit et de suo adiecit, sed interdum alieno loco e. g. p. 158 (386. B.) — ὑπὸ τῶν φυλετῶν, οἱ ἄριϛα διαγνοῖεν περὶ σφῶν αὐτῶν ὁποῖοί τινες εἰσίν. recte vidit ἄν excidisse, sed male post διαγνοῖεν inseruit. Certus est in plerisque particulae locus: in huiusmodi loco subiicienda *necessario* est adverbio et fieri potest ut antiqua scriptura APICTĀ id est ἄριϛ᾽ ἄν fefellerit describentes. Idem vitium passim corrigendum est. Alibi non ἄν excidit in talibus sed futurum reponendum est: nam alienum quidem est ab oratoris sententia p. 132 (321. B.) οὐ γὰρ οἶμαί σε ἔξαρνον γενέσθαι, ἃ ἐναντίον Ἀθηναίων ἁπάντων ἐποίησας, sed γενήσεσθαι dixit. Eodem modo p. 130 (315. B.) νομίζοντες — μάλιϛα — τὰ πράγματα ὡς αὐτοὶ ἠβούλοντο καταϛήσασθαι mutandum est in καταϛήσεσθαι et p. 134 (326. B.) pro μέγα τι ᾤου διαπράξασθαι lege διαπράξεσθαι. Contra vocula ἄν expungenda est in his locis: p. 189 (464. B.) εὖ ᾔδει αὐτὸν τὰ δέοντα ἂν ποιήσοντα p. 136 (331. B.) μέγα τεκμήριον ὡς οὐκ ἂν ἀπέκτεινε Φρύνιχον. p. 144 (352. B.) ἕως ἂν ἐδοκιμάσθησαν. P. 189 (464. B.) οὐ γὰρ ἂν δήπου — ἐτέθη νόμος. p. 186 (457. B.) χρὴ τοίνυν ὥσπερ ἂν τούτους ὁρᾶτε προθύμως σώζοντας τοὺς φίλους οὕτω καὶ ὑμᾶς τοὺς ἐχθροὺς τιμωρεῖσθαι. ubi fortasse praestat

ἂν in δὴ mutare. Male traiectum est his locis: p. 127 (307. B.) ἅπαντα γὰρ ταῦτα ἀκριβῶς ἂν μάθοντες ἥδιον καὶ ὁσιώτερον Ἀγοράτου τουτουῒ καταψηφίζοισθε. imo vero ἀκριβῶς μαθόντες ἥδιον ἄν. et p. 131 (317. B.) καὶ ἔπραξαν ἂν εἰ μὴ ὑπ' Ἀγοράτου τουτουῒ ἀπώλοντο. nam Atticum est κἂν ἔπραξαν in tali compositione verborum. Praeter ista sermonis vitia, quae facile deprehenduntur, alia sunt quae paulo difficilius argui possunt, at possunt tamen: quale est quod legitur p. 151 (368. B.) εἰ μὲν ἑωρᾶτο σωζόμενα τῇ πόλει τὰ ὑπὸ τούτων δημευόμενα συγγνώμην ἂν εἴχομεν. abhorret enim a consuetudine populi Attici ὁρᾶσθαι dicere pro φαίνεσθαι et recipienda erat optima lectio codicis: ἑωρᾶτε. Quod legitur p. 120 (292. B.) ἀποκτιννύναι μὲν γὰρ ἀνθρώπους περὶ οὐδενὸς ἡγοῦντο λαμβάνειν δὲ χρήματα περὶ πολλοῦ ἐποιοῦντο, similiter discedit ab usitato more loquendi Atticorum, qui numquam aliter quam παρ' οὐδὲν ἡγεῖσθαι dixerunt. Vitiosum est p. 189 (464. B.) δεινὸν γὰρ ἔμοιγε δοκεῖ εἶναι εἰ ἐξ ὧν μὲν ἤδη ἡμάρτηκε μηδέποτε τιμωρηθήσεται, ἐξ ὧν δὲ μέλλει εὖ ποιεῖν ἤδη τετιμήσεται. τετιμήσεται significat τετιμημένος ἔσται, quod alienum ab hoc loco est, ubi requiritur τιμήσεται, quae forma Attica est pro communi τιμηθήσεται: neque enim ὠφεληθήσομαι, ἐξαπατηθήσομαι ac similes formae longiores Atticis in usu sunt nisi ubi futurum in media forma habet aliam significandi potestatem frequenti usu confirmatam. Praeterea ἤδη ἡμάρτηκε nimis languidum et subineptum est et interpretamentum ἤδη hic quoque ut aliis in locis irrepsit pro Attico πάλαι ἡμάρτηκεν. Alios denique locos vitiosa et inepta verborum com-

positio depravat. Quis credet haec recte dicta esse: p. 127 (307. B.). Λύσανδρος εἶπεν ὅτι οὐ περὶ πολιτείας ὑμῖν ἔςαι ἀλλὰ περὶ σωτηρίας ὁ λόγος εἰ μὴ ποιήσαιθ' ἃ Θηραμένης κελεύοι. Corrige soloecismum ita ut scribas: — ποιήσεθ' ἃ Θ. κελεύει. ac vide quanta vis nunc verbis accesserit. Non tantum Atticus sermo, sed quaecumque lingua respuit compositionem verborum, qualis haec est p. 126 (307. B.) ἐγιγνώσκετε γὰρ ὅτι περὶ δουλείας καὶ ἐλευθερίας ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐκκλησιάζετε pro imperfecto ἐξεκλησιάζετε, neç multo sanior ea est, quae legitur p. 136 (331. B.) οὕτω μέντοι — ὑμῶν καταφρονεῖ ὥςε οὐκ ὢν Ἀθηναῖος καὶ ἐδίκαζε καὶ ἐξεκλησίαζε pro κατεφρόνει. Quis non offendat in his p. 150 (367. B.) οὔκουν αἰσχρὸν εἰ — τοῖς μὲν ἄλλοις Ἕλλησιν ὀργίζοισθε εἴ τις Λακεδαιμονίους ὑμῶν περὶ πλείονος ποιεῖται, ὑμεῖς δ' αὐτοὶ φανήσεσθε πιςότερον πρὸς ἐκείνους ἢ πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς διακείμενοι, quum tam liquido constet ὀργίζεσθε esse ab oratore dictum. Nec minus falsum est p. 128 (311. B.) οὐχ ἕξετε λέγειν ὅτι τὰ ὑπὸ τῶν τριάκοντα προςαττόμενα ἐποιεῖτε, imo ποιεῖτε. Multo turpius etiam vitium est p. 161 (393. B.) αὐτῶν τούτων ἕνεκα πρόθυμοι ἐσμὲν εἰς ὑμᾶς εἰδότες ὅτι χρήματα μὲν ἡμῖν οὐκ εἴη πόθεν ἐκτίσομεν αὐτοὶ δὲ πρόθυμοι ὄντες εἰς ὑμᾶς ἀξιοῦμεν εὑρίσκεσθαι χάριν, ubi cumulantur soloecismi. Scribendum: οὐκ ἔςιν ὁπόθεν ἐκτίσωμεν — ἄξιοι ἐσμὲν εὑρίσκεσθαι χάριν. Finem faciam in manifesto soloecismo, qui nimis diu depravavit locum p. 100 (236. B.) ἐβουλόμην δ' ἂν ἐξεῖναί μοι παρ' ὑμῖν καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ἐπιδεῖξαι τὴν τούτου πονηρίαν ἵνα ἐπίςησθε ὅτι πολὺ ἂν δικαιότερον αὐτὸς περὶ θανάτου ἠγωνίζετο ἢ ἑτέρους ὑπὲρ (περὶ) τῆς πατρίδος

εἰς κίνδυνον καθίςῃ. Nempe scribendum est ἵν' ἠπίςασθε ex constanti usu Graecorum, quem recte cogitando semper secuti sunt, quo post ἐβουλόμην ἄν, ἐχρῆν, εἴθε, ὤφελον et similia, particula ἵνα in pedestri oratione et praeterea ὡς, ὅπως apud poëtas indicativum habent. Fidem faciat ipse Lysias p. 101 (238. B.) ἐβουλόμην δ' ἂν μὴ ἀπολαχεῖν αὐτὸν κριτὴν Διονυσίοις, ἵν' ὑμῖν φανερὸς ἐγένετο ἐμοὶ διηλλαγμένος et p. 98. (230. B.). ἐβουλόμην δ' ἄν, ὦ βουλή, Σίμωνα τὴν αὐτὴν γνώμην ἐμοὶ ἔχειν ἵν' ἀμφοτέρων ἡμῶν ἀκούσαντες τἀληθῆ ῥᾳδίως ἔγνωτε τὰ δίκαια. Quid interest inter ἐβουλόμην ἂν — ἵν' ἔγνωτε et ἐβουλόμην ἂν — ἵν' ἠπίςασθε? Nihil omnino. Vide nunc quid designaverint librarii aut temerarii correctores in Luciani Dialogo Mortuorum VI. Tom. I. p. 348. εἰδέναι ἐχρῆν πότε καὶ τεθνήξεται τῶν γερόντων ἕκαςος ἵνα μὴ μάτην ἂν ἐνίους ἐθεράπευον. Expunge quantocyus importunum ἄν, quo Graecitas pessumdatur. In loco Philodemi περὶ κακιῶν in Volum. Herculan. T. III. Part. II. Col. XXIII legitur:

καὶ πρὸς τοὺς συγκαθημένους θαυμάζον
τα καὶ προσκαλούμενος εἰς κοι
νολογίαν φοβεῖσθαι καὶ τἀλά
χιςα φάσκειν ἄπορα καταφαί
νεσθ' ἑαυτῷ καὶ διαγελάσαν
τος· ὀρθῶς μου καταφρονεῖς
τηλικοῦτος ὤν, καὶ γὰρ αὐ
ΤΟΣΕΜΑΥΤΟΥΚΑΙ . ΕΟΣΩΦΕ . ΟΝ
ΕΙ . ΑΙΚΑΙΜΗΓΕ . . . . ΝΕΜΑΥ
ΤΟΝΥΠΕΤΑΞΑΣΟΙ.

Neapolitani utcumque literarum numerum suppleve-

runt. Scriptum fuit olim: καὶ νέος ὤφελον εἶναι καὶ μὴ γέρων ἵν' ἐμαυτὸν ὑπέταξά σοι. Non possum quin obiter elegantem eiusdem Philodemi locum restituam, ibid. Col. XXII. ubi scribit εἴρωνας solere μὴ ψιλῶς ὀνομάζειν ἀλλὰ Φαῖδρος ὁ καλὸς καὶ Λυσίας ὁ σοφὸς καὶ ῥήματ' ἀμφίβολα τιθέναι χρηςόν, ἡδύν, ἀφελῆ, γενναῖον, ΑΝ . . . . ΟΝ καὶ παρεπιδείκνυσθαι

ΜΕΝΩCCΟΦΑΠΡΟCΑΠΤΕΙΝ.
. . . . . ΩCΑCΠΑCΙΑΚΑΙ . . . .
. . ΧΩΙCΩΚΡΑΤΗ.ΚΑΙΠΡ .
. . ΥCΕΚΤΩΝΑΡΧΑΙ . . CΙ . . .
ΠΟΛΥΟΜΕΝΟΥCΕΔΟΚΙΜ . . . .

ubi Neapolitani γενναιον, αναιτιον. dederunt. Lege ἀνδρεῖον, ex Platonis Gorgia petitum. In ceteris suppleverunt: προσαπτειν δε ευλογως ὡς Ασπασιᾳ και τῃ αλοχῳ Σωκρατης και πρωτιςους εκ των αρχαιων ειναι πολυωνυμους εδοκιμασεν. id est, ut ipsi interpretantur: *et ostendit ea verba sapientiae plena esse et se considerate adaptare ut Aspasiae et uxori quondam Socrates: et primores veterum esse multinomines existimat.* Tu vero scribe: προσάπτειν δ' ἑτέρῳ, ὡς Ἀσπασίᾳ καὶ Ἰσχομάχῳ Σωκράτης. (respicit Platonis Menexenum et Oeconomicum Xenophontis) καὶ πρὸς τοὺς ἐκ τῶν ἀρχαιρεσιῶν ἀπολυομένους, ἐδοκίμαζον — cetera perierunt.

Pag. 27. *Reperti sunt nonnullorum scriptorum codices archetypi, ex quibus reliqui omnes, qui ubique feruntur, sunt propagati.*) Hunc locum de industria explicare ut utilissimum futurum erit sic in diem fit hodie facilius. Mihi quoque in animo est aliquando quae in ea quaestione mihi explorata et

comperta sunt, prolatis in unoquoque scriptore manifestis indiciis et documentis cum philologis communicare. Habent sua fata libelli. Eorum scriptorum qui aetatem tulerunt alii integri et incolumes in vetustis codicibus nobis servati sunt: alii ex pessimis ac recentissimis apographis aegri ac mutili in manus nostras venerunt. Nonnulli in uno antiquo libro communem stragem evaserunt: qui liber ubi semel in Italiam pervenit renovatis literarum studiis magnam apographorum frequentiam genuit, quorum nulla est habenda ratio donec communis omnium fons supererit, unde omne certum lectionis et emendationis fundamentum est petendum. Satis mihi constat Aeschyli et Sophoclis fabulas, quas habemus, in unico codice, qui nunc in Laurentiana Bibliotheca servatur, ad nos pervenisse: ex quo vetustissimo libro, decimo fere post Christum saeculo pulcherrime in membranis scripto, profluxit quidquid codicum MSS. ubique invenitur, unde magno labore et diligentia acervos variarum lectionum cumularunt utriusque Poëtae editores. Frustra igitur in manifesta corruptela *miram ac prorsus singularem omnium veterum membranarum conspirationem* alii stupent, alii antestantur et emendare volentibus obiiciunt. At, dixerit aliquis, unde igitur tanta scripturae discrepantia? Nempe nata est iis modis, quos diximus, ex describentium socordia vel correctorum interpolatione. Nam quae ratio est, quaeso, istarum lectionum, quae e diversis apographis diversae afferuntur? Plerasque incuria fudit et inscitia vel stupor paene incredibilis eorum, qui quae non intelligebant cum

magno taedio describebant dormitantes: quale illud est alicubi apud Athenaeum, ubi in Archetypo codice scriptum est νῆες κ̅ε̅, quod quum monachus aliquis in Italia describeret pro *quinque et viginti* deceptus vetere consuetudine legit κύριε, cuius nominis compendium est κ̅ε̅ tritissimum. Reliqua pars discrepantis scripturae debetur correctoribus, de quorum temeritate satis diximus. Possim hoc in Sophocle et Aeschylo ostendere, qui tandem aliquando ista turba et farragine variantium lectionum, unde nihil boni erui potest, liberandi erunt, simulatque de lectionibus archetypi codicis ubique certa fide constabit. Ostendam brevi in Athenaeo, qui et ipse in *uno* codice servatus est, quem adhuc habemus, circa undecimum saeculum nitidissime in membranis scriptum, nunc Marcianae Bibliothecae ἄγαλμα. Reliquos omnes Athenaei codices ex hoc uno libro fluxisse dudum liquido constat. Quid est igitur, cur male seduli futilium apographorum vitia notemus et criticos inducamus in errorem, qui in Athenaeo emendando saepius nubem pro Iunone amplectuntur. Quid, si ostendero Epitomen quae fertur Athenaei *ex hoc ipso Marciano codice* ante Eustathii tempora ab aliquo Graeculo ita confectam esse, ut locos gravius corruptos ad unum omnes omitteret, levius affectos ut commodissime potuit ex ingenio restitueret: quae res tam manifesta est, ut neminem Graece scientem et in arte critica non plane hospitem, cui antiquum librum Marcianum videre et excutere contigerit, diu possit latere. Istius hominis correctiones, quae adhuc vetustissimi codicis auctoritatem habuerunt,

saepe in minutioribus quibusdam satis bonae sunt, saepius leves ac temerariae, subinde prorsus ineptae, ut p. 694. b. ὁπότε τὰ κοινὰ καὶ πᾶσιν ἀναγκαῖα τέλος λάβοιεν. τηνικαῦτα γὰρ ἤδη τῶν σοφῶν ἕκαστον ᾠδήν τινα καλὴν εἰς μέσον ἠξίουν προφέρειν. Soloecum est τὰ κοινὰ τέλος λαμβάνουσιν. Scriptum est in archetypo: τέλος λάβοιεν. ταῦτα γάρ κτέ. in quo latet: τέλος λάβοι. ἐνταῦθα γάρ. Auctor Epitomes qui ταῦτα non concoquebat temere τηνικαῦτα dedit de suo. Itaque nunc nulla superest in Athenaeo lectionis discrepantia, et abiicienda sunt quaecumque adhuc onerant librum ex codicibus nullius omnino pretii inutiliter collecta. Equidem Marcianum codicem sic excussi, ut de eius scriptura ubique constet et confirmabitur eorum sententia, qui plurima in illo libro comparando aut male omissa aut negligenter admodum lecta esse existimarunt. Vix credas in loco Xenarchi p. 693. C. ubi nunc legitur:

ὡς ὑπό τι νυστάζειν γε καὐτὸς ἄρχομαι.
ἡ τἀγαθοῦ δαίμονος
συνέσεισέ μ' ἐκποθεῖσα φιάλη παντελῶς.

in codice liquido scriptum esse: ὡσεύποτινυστάζειν-γεκαυτοσάρχομαι ητἄγαθοῦ δαίμονοσ σύνεσισεμεάκρατοσέκποθεῖσα: unde legendum:

ἡ τἀγαθοῦ (γὰρ) δαίμονος συνέσεισέ με
ἄκρατος ἐκποθεῖσα φιάλη παντελῶς.

Ea est autem ratio illius codicis, ut ex antiquissimo libro in quo vocabula omnia uncialibus literis scripta eodem tenore continuata erant ab librario omnium rerum ignarissimo sit descriptus. Eadem pagina 693 a.

quum ob oculos haberet homo stupidus: ΕΑΝΕΓΩΔΙΑΡΡΑΓΩΟΥΔΕΝΜΟΝΗCΕΙΠΕΙΘΙΘΑΡΡΩΝ, prorsus nihil ex his intelligens scripsit: εανεγωδιαρραγω ουδεν μονησ ει πειθει θαρρων. hinc in apographis legitur: ἐὰν ἐγὼ διαρραγῶ οὐδὲν μόνης εἰ πείθει θαρρῶν. unde Canterus πῖθι, Piersonus οὐδέν μ' ὀνήσει restituerunt. Paulo post pro: ΠΑCΙΝΑΚΡΑΤΟΥΜΕΝΟCΟΝΓΕΥΜΑ scripsit: πᾶσιν ακρατούμενοσ. ὂν γεῦμα. Auctor Epitomes, infelix coniector: ἀκράτου μέρος. γεῦμα rescripsit. Verum vidit Valckenaerius: ἀκράτου μὲν ὅσον γεῦμα. Et sic per omnes Athenaei libros ingens ubique est locorum numerus incredibili socordia depravatorum, qui manifestis emendationibus restituti sunt aut restituentur, ubi semel constabit de genuinis antiquae scripturae reliquiis, quas unicus codex servavit. In hac ipsa pagina 693 c. nimis inepte adhuc legimus:

ἐκπίῃ δέπας πρὶν ἀγαθοῦ δαίμονος πρῶτον λαβεῖν.

Codex: εκπεπιηδεκασ. lege: ἐκπεπήδηκας. p. 694 b. πάντες μὲν ᾖδον. οὐ μὴν ἀλλά γε κατά τινα περίοδον ἐκ διαδοχῆς. Scribe: οὐ μὴν ἅμα γε ἀλλὰ κατά κτέ. Pag. 694 c. pro:

Πλούτου μητέρ' Ὀλυμπίαν ἀείδω
Δήμητρα στεφανηφόροις ἐν ὥραις
σέ τε παῖ Διὸς, Περσεφόνη,
χαίρετον, εὖ δὲ τάνδ' ἀμφέπετον πόλιν.

scripsit: πλουτουμητερολυμπιανειδωδημητραςτεςτεφανηφόροισ— φερσεφονη — τανδαμφετον πόλιν, unde saltem Φερσεφόνη recipiendum: contra barbarum est Δημήτραν quod Hermannus reponebat deceptus ab

recentioribus Graeculis, qui ex sua barbarie *ἡ Δημήτρα* passim invexerunt. Quo melius constet de ratione huius codicis et iis, quae de Epitome diximus, apponam integrum scolion quartum eodem plane modo, quo in codice legitur:

ϊω παναρκαδιασμεδεων
κλεεννασ ὀρχηςαβρο
μιαισοπαδὲ νυμφαισγε
λασίαισϊωπανεπ᾽εμαῖσ
εὐφροσύναισ· ταῖσδ᾽ αοι
δαισαοιδεκεχαρημενοσ.

Graeculus ex iis haec excerpsit: *ἰὼ πὰν ἀρκαδίας μεδέων κλεεννᾶς. ὀρχηςὰ βρόμιε ἰὼ πὰν ἐπ᾽ ἐμαῖς εὐφροσύναις ταῖςδ᾽ ἀοιδαῖς ἄειδε κεχαρημένος*, omissis quae expedire non potuit, ceteris utcumque correctis. In extremis latet *διττογραφία* ex antiqua correctione orta:
ΑΟΙΔΑΙ
ΑΟΙΔΑΙC, unde rescripserim:

γελάσειας, ὦ Πάν, ἐπ᾽ ἐμαῖς
εὐφροσύναις ἀοιδᾷ κεχαρημένος.

Ut appareat quam parum adhuc constet de lectione huius libri, adiiciam pulcherrimum scolion e p. 695 a. ubi codex haec dedit:

ὁ δὲ καρκινοσ
ὧδ᾽ ἔφη χαλλιτον ὄφιν
λαβὼν εὔθυν χρη τὸν ἑ
ταιρον ενμὲν καιμὴ σκολι
αφρονεῖν.

stuporem hominis, qui effingere potuit ex his literis:

ΧΑΛΛΙΤΟΝΟΦΙΝΛΑΒΩΝ: χάλλιτον ὄφιν λαβών!
Totum scolion sic constituerim:

ὁ δὲ καρκίνος ὧδ' ἔφα (τᾷ) χαλᾷ τὸν ὄφιν λαβών·
εὐθὺν χρὴ τὸν ἑταῖρον ἔμμεν καὶ μὴ σκολιὰ φρονεῖν.

nisi praestat: εἶμεν. Incredibile dictu est quam licenter nos recentiores librarii in multis ludificentur. In fragmento Hipponactis p. 698 c. est in archetypo codice:

μοῦσά μοι ευρυμεδοντι
αδεα τὴν ποντοχαρυ
βδιν την ενγαστριμα
χαιρανοσ εσθιει οὐ κατα
κοσμον ἔννεφ' ὅπωσ ψη
φῖδι κακὸν οἶτον ὄληται.

ex apographis prodiit: εὐρυμέδοντι ἀδεᾶ, εὐρυμεδοντία δῖα. Musurus temere mutavit in principe editione in: Εὐρυμέδοντ' ᾄδοις. Tandem e Venetis membranis protulit Schweighauserus: εὐρυμεδοντι αδεα, unde Dobraeus verum reperit: Εὐρυμεδοντιάδεα. In tertio versu ad hunc diem pessime legitur ex interpolatione Musuri: ψηφῖδι κακῇ κακόν. Scribe:

ἔννεφ' ὅπως ψηφῖδι κακὸς κακὸν οἶτον ὀλεῖται
δημοσίῃ.

Merito celebratur palmaria Casauboni emendatio, p. 699. c.

ξεῖνος. Μιμνέρμου δ' εἰς ἔπος ἄκρον ἰών.

quum vulgo ederetur: δεῖ σε πόσα κρονίων. Vide nunc lectionem unici codicis:

ὡσ αγαθο
κλειοσλασιαι φρενεσ ηλα

σανέξω πατριδοσ ἀρχαι
ωνην· ὁ δ᾽ ἀνηρπρογό
νωνειδωσ εκνεότητοσ
αεὶ ξενοισινομιλεῖνξεῖνοσ
μιμνερμουδεισεποσα
κρονιων.

Addam alterum exemplum non minus luculentum. p. 301 d. in loco Archestrati legitur in codice:

καὶ λεβιανλαβεῖνοσχε
τονήπατον

Valckenaerius et Hemsterhusius rem acu tetigerunt scribendo: *καὶ λεβίαν λαβὲ, Μόσχε, τὸν ἥπατον* et manifestum est in vetusto codice, quem stupor hominis sequebatur, scriptum fuisse: ΚΑΙΛΕΒΙΑΝΛΑΒΕΜΟCΧΕΤΟΝΗΠΑΤΟΝ. vide nunc quid apographa habeant: *λαβεῖν ὡς καὶ τὸν ἥπατον.* Graeculus, qui Epitomen fecit, de more omittens quae expedire non poterat dedit: *λαβεῖν τὸν ἥπατον.* Schweighauserus ex codice Veneto protulit: *ὄσχετον ἥπατον.* Eadem negligentia omnes fere codicis lectiones indicantur. Accidit autem plerumque ut primi Editores inciderint in deteriora apographa, quorum archetypi codices adhuc exstabant; his repertis abiiciendae erant illorum lectiones, quas vitiosas esse apparuit, sed neminem video, qui hoc faciat. Ostendam primum alio exemplo, quo pacto nasci soleant *istae* variantes lectiones, quas nullius omnino pretii esse contendo. Est in Laurentiana Bibliotheca codex Iamblichi, optimae notae, ex quo etiam supra quaedam protuli: reliqui omnes Iamblichi codices ex hoc uno fluxe-

runt, sed ita ut novi semper errores novaeque lacunae orerentur ut quo sit recentior codex aliquis eo sit deterior. Adhibiti adhuc sunt tres Codices a tribus editoribus. Franequeranus ab Arcerio, qui primam fecit Iamblichi editionem, Parisinus a Kustero, qui secundam, Cizensis a Kieslingio, qui tertiam. Est autem codex Arcerii futilissimus et pessimus liber lacunis mendisque scatens, aliquanto melior Parisinus, quem longe superat bonitate Cizensis, qui ipse adeo multo deterior est Florentino, unde cum reliquis omnibus est propagatus. Nulla igitur supererit in illo scriptore lectionis varietas, postquam de lectionibus Laurentiani libri constabit. Mireris quot vitia ac menda vel praestantissimum apographum contineat. Lacunas aliquot et compendia imperite lecta supra iam indicavi. Nil vetat alia quaedam hic proferre, unde liqueat communem lectionis fontem esse librum Florentinum. Facillime apparet e vocabulis decurtatis, quae male expleverunt, ut in § 114. *ἐξανιστάμενοί τε τῆς κοι^τ νωχελίας πάλιν καὶ κάρου δι' ἀλλοτρίων ἀπηλλάσσοντο ᾀσμάτων.* apographa habent *κοιτνωχελίας*, si Musis placet, pro *κοίτης νωχελείας*. § 14. *προφη^τ'*, ubi legerunt *προφήταις* pro *προφήτου*. § 16. *εὐφημο^τ'* (*εὐφημότατα*) legerunt *εὐφημότατον*. § 42. *ἄσκησιν τὴν ταυ^τ* (*ταύτης*) dederunt *ταύτην*. Sic § 48. *εἰληφότας — αὐτήν* pro *εἰληφο^τ'* (*—ότα*) *— αὐτόν*. § 51. *τηρεῖν* pro *τηρ^ῆ* (*τηρῆσαι*). § 63. *βουλόμενον* pro *βουλο^μθ'* (*βουλόμεθα*). § 72. *φιλομαθίας* pro *φιλομα^θ* (*φιλομαθείας*) solemni errore. § 82. *ἄνευ*

λόγων pro ἄνευ $\overset{\Gamma}{\lambda o}$ (λόγου). § 91. πρεσβύτου — σοφωτάτου pro $\overset{\tau}{\pi\rho\varepsilon\sigma\beta\upsilon}$ — $\overset{\tau}{\sigma o\varphi\omega}$ (πρεσβύτης — σοφώτατος). § 94. ἀκρατήσεως pro $\overset{\tau}{\alpha\kappa\rho\alpha\tau\eta}$ (ἀκρατήτως). § 179. ἀπείρους μὲν ἔχον pro $\overset{\prime\!/}{\varepsilon}$ (ἔχει). § 250. λόγον οὐδένα ποιησαμένων τῶν πολλῶν pro $\overset{\lambda}{\pi o}$ (πόλεων) et similia passim. Alios errores fudit describentium alias res agentium socordia, ubi in archetypo est vera lectio, ut § 18. οὔτε ἀκούσασθαι τῶν καθ' ἑαυτόν barbare, pro ἄκουσμα. § 36. ἐκ τοῦ ὕδατος pro ἐκτός. § 91. σεμνοτάτων pro σεμνωμάτων. § 123. τῶν ἐπὶ τῆς μνήμης γινομένων pro τοῖς μνήμασι. § 236. συγκαταθεῖναι εἰς τὸ τοιοῦτον pro συγκαθεῖναι. § 194. οὕτως δυσκατάθετοι — πρὸς τὰς φιλίας, vera lectio latet in scriptura codicis δυσυγκατάθετοι, nempe δυσσυγκάθετοι scribendum intelliget qui contulerit Hemsterhusii notam ad Thom. Magistr. p. 815. Quid est igitur magis futile et minus profuturum literis, quam reliquorum codicum et editionum scripturis sedulo collectis lectores obtundere et etiam interdum fallere. Subirascor aliquoties ubi video scriptores Graecos tumultuaria opera edi ab nonnullis, quibus tantum abest ut Critica sit πολλῆς πείρας τελευταῖον ἐπιγέννημα, ut contra veluti tirocinium videatur esse, in quo prima literarum elementa addiscant. Hi igitur nil nisi variantes lectiones e recentissimis apographis aut veteribus editionibus corradunt, optimas lectiones et palmarias emendationes a summis criticis repertas et probatas fastidiose reiiciunt, »*vulgatam probam esse*" tam confidenter quam imperite pronuntiantes, simul quidquid ab ipsis vel in recentissimis et pessimae notae

apographis sit repertum expulsis veris lectionibus cupide recipientes. Sunt qui difficillimum quemque primum arripiant, veteres sordes sedulo revocent et subitarias editiones tamquam ova irrita pariant apparatu aliquo *critico* oneratas, in quo locis obscuris ac depravatis non tantum nihil novae opis afferant, sed contendant etiam nihil magnopere in iis inesse, quo quis iure offendi possit. Vidi qui in Aeschyli Eumenidibus versum 727 sq.

σύ τοι παλαιὰς δαίμονας καταφθίσας
οἴνῳ παρηπάτησας ἀρχαίας θεάς.

spreta criticorum auctoritate ab omni labe immunem esse contenderet et facile explicari posse. Reperta nunc in codice Vaticano (Schol. ad Eurip. Alcest. vs. 12) vera lectio διανομάς declarat quales sint iudices. De Aeschylo alias dicemus. Malo prius Luciano succurrere, qui haud ita pridem ad codicum quorumdam fidem exactus tam male habitus prodiit ut plura nova vulnera ei inflicta quam vetera sanata credam. Iacobitzius enim, qui hanc suscepit provinciam, quum non satis in Graecis literis esset versatus ut probas lectiones a depravatis distinguere posset, alias recepit, improbavit alias, ut casus et fortuna ferebant modo optimas codicum lectiones incogitanter spernens, modo pessimas imperite probans, ut saepe suspiceris eum non magis quam librarios quosdam veteres intellexisse quid scriberet. Quum ipse in Italia codices aliquot Luciani non sine fructu excusserim utar hac occasione, ut in aliquo Luciani libro ostendam quantum in illo scriptore agendum supersit et quam levem et tumultua-

riam operam post Hemsterhusium recentiores quidam critici in eo expoliendo posuerint. Percurram Luciani librum *περὶ παρασίτου*. Tom. II. p. 836. (III. p. 96. Iacobitzii), cuius aliquot locos tractabo, quos Iacobitzius depravavit et alios quosdam, qui ex codicibus Marcianis aut de coniectura restitui possunt. § 1. dedit Iacobitz. *μεταδῴης* pro *μεταδοίης*. pessime: nam semibarbarorum haec forma est, veteribus inaudita. ibid. *αὖθις ἀκούσῃ* est *iterum audies*, Lucianus dixit *alias: εἰσαῦθις*. et mox: *δι' αὐτὸ τοῦτο* pro *διὰ τοῦτο*. Paulo post *προοῖσαι γέλως* Graecum non est, quemadmodum neque *προῶσαι* quod temere substituit Dindorfius; tum pro *εἰ καὶ — ἐπιγράφοιμεν* scribendum erat: *ἐπιγράψομεν* ut statim: *εἰ ἐγκαταλέξομεν*. deinde recte Codd. *ἐπὶ τοῦτο παρεσκευασμένος*, male Editores *ἐπὶ τούτῳ*. paulo post pro: *πάνυ γὰρ ἐπίσασαι*. ΠΑΡ. *πάνυ μὲν οὖν*. legerim: *πάντως γάρ*. § 4. *τέχνη ἐστὶν, ὡς ἐγὼ διαμνημονεύω σοφοῦ τινὸς ἀκούσας, σύστημα ἐκ καταλήψεων συγγεγυμνασμένων πρός τι τέλος εὔχρηστον τῶν ἐν τῷ βίῳ*. Facete hominem utentem facit vulgatissima definitione Stoicorum. Scholiastes ad Dionysium Thracem in Bekkeri Anecd. Gr. I. p. 649. *οἱ μὲν Ἐπικούρειοι οὕτως ὁρίζονται τὴν τέχνην· τέχνη ἐστὶ μέθοδος ἐνεργοῦσα τῷ βίῳ τὸ συμφέρον. — οἱ δὲ Στωϊκοὶ λέγουσι· τέχνη ἐστὶ σύστημα ἐκ καταλήψεων ἐμπειρίᾳ συγγεγυμνασμένων πρός τι τέλος εὔχρηστον τῶν ἐν τῷ βίῳ*. hinc in § 7 pro *εὔχρηστον τῷ βίῳ* reponendum erat: *τῶν ἐν τῷ βίῳ*. Pro *ὀρθῶς ἐκείνου γε εἰπόντος οὕτως ἀπεμνημόνευσας*, est in optimo Marciano: *ὀρθῶς ἐκεῖνός γε εἶπεν οὗτος σύ τε ἀπεμνημόνευσας*, unde videtur reponendum: *ἐκεῖνός τε εἶπεν, ὅστις ἦν, σύ τε ἀπεμνημόνευσας*.

— φέρε δὴ καθ' ἕκαςον τοῖς τῆς τέχνης εἴδεσιν ἐφαρμόζοντες τὴν παρασιτικὴν, εἰ συνάδει σκοπῶμεν καὶ ὁ περὶ αὐτῆς λόγος ἀλλὰ μὴ καθάπερ αἱ πονηραὶ χύτραι διακρουόμεναι μὴ σαπρὸν ἀποφθέγγηται. Vetus vulnus male curatum est; boni Codd. omittunt ἀλλὰ μή et ἀποφθέγγωνται dederunt. Legamus igitur: ὁ περὶ αὐτῆς λόγος, καθάπερ αἱ πονηραὶ χύτραι διακρούονται μὴ σαθρὸν ὑποφθέγγονται: σαθρόν reperit Casaubonus, at Iacobitz non putabat magni referre: ἀποφθέγγεσθαι a tali re alienum est et μή sic usurpatum habet indicativum. — τέχνην, εἴπερ ἐπίςαται. Frustra Codd. ᾗπερ obtulerunt. § 6. αἱ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων καταλήψεις καὶ ἡμέρας καὶ νύκτας καὶ μῆνας καὶ ἐνιαυτοὺς πολλάκις ἀσυγγύμναςοι μένουσι καὶ ὅμως οὐκ ἀπόλλυνται παρὰ τοῖς κεκτημένοις αἱ τέχναι, αἱ δὲ τοῦ παρασίτου καταλήψεις εἰ μὴ καθ' ἡμέραν εἶεν ἐν γυμνασίῳ ἀπολλῦσιν οὐ μόνον οἶμαι τὴν τέχνην ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν τεχνίτην. Codd. omnes: ἀπόλλυσιν. optimi: εἴη. Marcianus optime: γυμνασίᾳ. Legendum apparet: ἡ δὲ τοῦ παρασίτου εἰ μὴ καθ' ἡμέραν εἴη ἐν γυμνασίᾳ ἀπόλλυσιν. ἀπολλῦσιν est infelix coniectura Schmiederi, quam incogitanter recepit Iacobitz n c multo melius Dindorfius: ἀπολλύασιν. quum semel αἱ δὲ τοῦ παρασίτου esset scriptum pro ἡ δέ, addidit aliquis inconcinne καταλήψεις. Atqui modo dixerat: ἐκ καταλήψεως — σύγγεγυμνασμένης ἐςὶν ἡ παρασιτική. § 8. — σωθείη ἄν; — οὐδ' οὗτος. nihil prodest Dindorfianum: οὐ δὴ οὗτος. Dicere potuit: οὐ δῆτα. § 9. ἀλλ' ἐκεῖνο ὅπως καὶ ὅρον ἡμῖν τινα γενναῖον ἀποδῷς τῆς παρασιτικῆς. Marcianus: ἀποδώσεις. Scribe; ἀλλ' ὅπως καὶ ὅρον — ἀποδώσεις. addita est de more explicatio notissimae ellipseos:

ἐκεῖνο σκόπει, cuius dimidiam partem retinuit Iacobitz, totam Dindorfius restituit non correcto: ἀποδῷς. Prorsus idem vitium resedit in sequentibus: ἀλλ' ἐκεῖνο σκόπει μὴ πρὸς ἐνίους τῶν φιλοσόφων μάχη σοι περὶ τοῦ τέλους ᾖ, ubi expunge ἐκεῖνο σκόπει. § 10. παρὰ δὲ πλήθωσι τράπεζαι κτέ. apparet ex sequentibus: πάλιν γὰρ ἄξιον ἀναμεμνῆσθαι τῶν ἐπῶν, excidisse intermedia verba Homeri:

> Δαιτυμόνες δ' ἀνὰ δώματ' ἀκουάζωνται ἀοιδοῦ
> ἥμενοι ἑξείης.

neque ullo modo potuit Lucianus omittere id ipsum quod facetissimum erat et quamobrem locum Homeri attulerat, nempe mentionem τῶν δαιτυμόνων, quo nomine Parasitos Homerus dixerit. Similiter in sqq. verba Homeri interciderunt: οὐδὲ γὰρ οἷόν τε ἀκούειν αὐτῶν μὴ πολλάκις λεγομένων. δαιτυμόνες καθήμενοι ἑξείης καὶ παρὰ δὲ πλήθωσι τράπεζαι, ubi turpe mendum amicus meus vidit et sanavit sic: οὐδὲν γὰρ οἷον ἀκούειν αὐτῶν πολλάκις λεγομένων. Res manifesta est: postquam vitiose οὐδὲ γὰρ οἷόν τε erat scriptum, addidit sciolus μή. Lucianus de more imitatur Atticos, qui non aliter solent. Aristophanes in Avib. vs. 966.

> ἀλλ' οὐδὲν οἷόν ἐσ' ἀκοῦσαι τῶν ἐπῶν.

Demosthenes in Midiana p. 529. οὐδὲν γὰρ οἷον ἀκούειν αὐτοῦ τοῦ νόμου. Paulo ante edidit Iacobitz. οὐδὲ τῷ τυχόντι ἀνδρὶ περιτέθεικε τούτους τοὺς λόγους ἀλλὰ τῷ σοφωτάτῳ τῶν ὅλων, imperite reiecta vera lectione: Ἑλλήνων. § 11. — οὕτω μάθοις ἄν. ἔγωγε οἶμαι κτέ. Graecitas postulat: ἐγὼ γάρ. — ὁ δὲ Ἐπικούρειος οὐδὲ θατέρου. vel sine Codd. Ἐπίκουρος corrigendum fuisset, nunc oblatum editores spreverunt. — πεπισευκὼς μὴ

ἄλλως ταῦτα ἔχειν ἄμεινον ἢ ἔχει, imo vero: μὴ ἂν ἄλλως ut significare possit: *non in meliore haec conditione esse posse quam sunt.* — τῆς Σχερίας ἀποπλέων οἴκαδε pro ἐκ vel ἀπὸ τῆς Σχερίας, quod uterque probavit, Graecum non est. At longe turpissimum est quod praetervidernnt vitium in § 12. εἰ μὲν οὖν οὐκ ἔχει οὐχ ὅπως ἡδέως οὐ ζήσεται ἀλλ' οὐδὲ ζήσεται. Legendum esse: οὐχ ὅπως ἡδέως ζήσεται et οὐχ ὅπως valere *non tantum non*, si quis forte nescivisset vel ex hoc ipso Luciani libro discere potuisset. § 42. Ἰσοκράτης οὐχ ὅπως εἰς πόλεμον ἐξῆλθέ ποτε ἀλλ' οὐδ' ἐπὶ δικαστήριον ἀνέβη. Similiter in sqq. καὶ Ὑπερίδης μὲν καὶ Λυκοῦργος οὐδ' ἐξῆλθον ἀλλ' οὐδὲ ὅλως ἐτόλμησαν μικρὸν ἔξω παρακῦψαι τῶν πυλῶν recte vidit amicus esse reponendum: οὐχ ὅπως ἐξῆλθον ἀλλ' οὐδ' ἐτόλμησαν κτέ. — εἰ γὰρ ἔχει τὸ φαγεῖν παρ' ἑαυτοῦ πολλά τοι, ὦ Τυχιάδη, τῷ τοιούτῳ βίῳ παρακολουθεῖν ἀνάγκη. ferri non potest τοι in apodosi. Optime Marcianus: πολλὰ ἄτοπα, unde optimos libros secutus locum sic constituerim: πῶς οὐχ ἡδέως, εἴγε ἔχει τὸ φαγεῖν παρ' ἑαυτοῦ; — Ὅτι πολλὰ ἄτοπα κτέ. — τῷ μὲν συχνὰ κεκτημένῳ ἴσως τοῦτο παρέχει: veram lectionem habet Marcianus: ὑπάρχει. — οὐκ ἂν σοφὸς γένοιτο οὐδὲ ἐφικνοῖτο. recte idem liber: ἐφίκοιτο. — λέγω δή temere receptum pro λέγω δέ, quod solemne est. — τῷ μὲν οὖν Ἐπικούρῳ πάντα ξυμβαίνειν εἰκός. Scribe: πάντα ταῦτα. — οὔτε ἀργύρια ὑπὲρ ὧν ἀπολλυμένων ἀχθεσθείη. necessarium est quod dedit Marcianus: ἀπολομένων. § 13. πάσης γὰρ τέχνης ἀνάγκη προσάγειν μάθησιν, πόνον, φόβον, πληγάς. Frustra optimi Codd. dederunt: προάγειν, *praecedere.* Nunc

vertunt: *omnis ars necessario adhibet disciplinam, laborem, metum, plagas.* Mirum ni sit aliqua casus enallage. — τίς γὰρ ἀπὸ δείπνου ποτὲ ἀπῆλθε κλαίων ὥσπερ τινὰς ἐκ τῶν διδασκάλων ὁρῶμεν. Codices tamen διδασκαλείων dederant. Error natus est ex scriptura διδασκλ´: mox Marcianus recte εἰς τὰ διδασκαλεῖα, vulgo abest articulus. — μὴ δότε. Iacobitz. saltem vidit μὴ δῶτε esse scribendum, at recipere ausus non est. Dindorfius festinans, opinor, foedum soloecismum servavit. — τὸ πρᾶγμα καὶ ἔντιμον καὶ ἐν τιμωρίᾳ μέγα φαίνεται, scribe: καὶ ἐν τιμῇ καὶ ἐν τιμωρίᾳ. § 14. ὁ δὲ παράσιτος οὐχ ἕτερον μέν τι διώκει ἀλλὰ τὸ αὐτὸ καὶ ἔργον ἐστὶν αὐτοῦ καὶ οὗ ἕνεκα γίγνεται. Manifesta lacuna sic explenda videtur: οὐχ ἕτερον μέν τι [πράττει, ἕτερον δὲ] διώκει. tum lege: καὶ τὸ οὗ ἕνεκα γίγνεται. 15 καὶ μὴν ἐκεῖνά γε, scribe: ἐκεῖνο, nam refertur ad rem *unam.* — ἑορτὰς διατελοῦσι, Graecum est: ἐπιτελοῦσι. § 16. Lege: — νοσοῦντες, ταύτην δὲ τὴν τέχνην πολυποσίαις καὶ πολυσιτίαις εὐφραινομένους ἔστι μανθάνειν, cuius lectionis fundamentum est in Marciano codice: αὐτὴν δὲ τὴν τέχνην — εὐφραινομένου μανθάνειν. § 17. αὕτη δὲ οὕτως ἐστὶν ἀγαθὴ — ὥστε ὑπάρχει καὶ μηδὲν ἔχοντι ὅπλον χρῆσθαι αὐτῇ. lege: παρέχει καὶ τῷ μηδέν κτέ. nam ὑπάρχει pro ἔξεστι dici non potest. § 19. κατὰ Σωκράτη. melius Marcianus: κατὰ τὸν Σωκράτην. § 22. ποταπὸς δὲ οὗτος ὁ φίλος, deleto articulo restitues sententiam. § 25. καὶ μὴν ῥήτορά τε. Scrib. γε. — οἷον χρῆμα ἀποφαίνῃ τὴν παρασιτικήν. Propius vero Marcianus: ἀποφαίνει, nam scribendum est ἀποφαίνεις. — ἀντὶ τούτου ὅς εἰμι. Graece dicendum: ἀντὶ τοῦ ὅς εἰμι. § 26. φέρε δὲ —

σκοπῶμεν. Graeci semper φέρε δή dicunt, sed expulit Iacobitz. optimam lectionem. — κοινῇ et κατ' ἰδίαν non solent componi sed ἰδίᾳ. § 27. ὁμοίως δὲ καὶ τὴν φιλοσοφίαν κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχουσαν, ἑτέρως κτέ. Marcianus οὐ κατὰ τὰ αὐτά. recte: tum lege ἔχουσαν (ὁρῶμεν). § 27. μίαν μὲν γὰρ τὴν φιλοσοφίαν εἶναι λέγουσιν, αὐτοὶ δὲ αὐτὰς ποιοῦσι πολλάς. quis non sentiat αὐτήν scribendum, quod me amicus monuit, qui eadem opera ridiculam corruptelam exemit ex sqq. § 28. πολλαὶ μὲν γὰρ οὐ δύνανται εἶναι (φιλοσοφίαι) ἐπειδήπερ ἡ φιλοσοφία μία. acute perspexit Lucianum scripsisse: ἐπειδήπερ καὶ ἡ σοφία μία. § 28. καὶ μὴν καὶ τὰς μὲν ἄλλας τέχνας εἰ καί τι κατὰ ταύτας ἀσύμφωνον εἴη καὶ παρέλθοι τις συγγνώμης ἀξιώσας ἐπεὶ μέσαι τε δοκοῦσι καὶ αἱ καταλήψεις αὐτῶν οὐκ εἰσὶν ἀμετάπτωτοι, προσδεκτέος ἂν εἴη, φιλοσοφίαν δὲ τίς ἀναγκαίαν ἀνάσχοιτο μὴ μίαν εἶναι. Documento hic locus esse potest et temeritatis Graeculorum in corrigendo et stuporis in describendo. Lege: κἂν παρέλθοι τις expuncto futili additamento: προσδεκτέος ἂν εἴη, quod in codice unde princeps editio fluxit optime aberat. Reliqua a Dindorfio infeliciter tentata persanavit Marcianus, in quo reperi: τίς ἂν καὶ ἀνάσχοιτο, quod Atticum est et Luciano frequens, ut in § 51. τίς ἂν καὶ ἁμιλλήσαιτο et alibi. § 31. καὶ σὺ γιγνώσκων ὑποκρίνῃ ἀγνοεῖν κἀμέ, imo vero: σὺ εὖ γιγνώσκων — ἀγνοεῖν πρὸς ἐμέ. Luciano indignum est ὑποκρίνῃ pro προσποιῇ. — εὕροις εἰπεῖν pro ἔχοις novum et inauditum. — οὐχὶ τοὺς φαύλους ἀλλ' ὧν ἐγὼ δοκῶ τοὺς ἀρίστους καὶ οὓς ἥκιστα οἴει. Marcianus recte ὡς ἐγὼ δοκῶ et σὺ οἴει. praeterea non potuit Lucianus aliter quam

τοὺς φαυλοτάτους scribere. § 32. δόξας ηὐδοκιμηκέναι. inepte! — παρασιτῶν Διονυσίῳ καὶ ταῖς Σωκράτους διατριβαῖς ἐρρῶσθαι φράσας. Marcianus: λυκείῳ καὶ ταῖς. scribe: τῷ Λυκείῳ καὶ ταῖς. § 35. καὶ αὐτὸς δὲ παράσιτος Νηλέως ἦν. annotatio lectoris in alienam sedem invecta. § 40. ἀνθρώπους ὥσπερ ἐκείνους τινὸς δεομένους ἀναλήψεως. lege: ἀεί τινος. § 42. λείψαντα τὴν τάξιν. Feremusne istas sordes in probato scriptore? λιπόντα videtur in Marciano a prima manu fuisse scriptum. — ὅτι οὐδὲ τὴν φωνὴν διὰ τοῦτο εἶχε, sciolo qui adscripsit lubens reddam. — ὁ Μακεδόνων ὄλεθρος. quam recte Μακεδών correctum sit Iacobitzio non liquet; nunc Marcianus confirmat. — ὅθεν οὐδὲ ἀνδράποδον πρίαιτο τίς ποτε. scribe: οὐδ' ἂν ἀνδράποδον. — οὐδέπω ταῦτα πρότερον διήκουσας rectissime Marcianus: ἤκουσας. Numquam temere διακούειν pro ἀκούειν dicitur. § 43. λόγους λέγειν ἠσκημένοι pessime ab Editoribus receptum pro ἠσκηκότες, quod unice verum est. — περὶ τῆς ἀνδρείας, recte Marcianus: περὶ ἀνδρείας. — ἤτοι γὰρ οὐδὲ ὅλως ἐστρατεύσαντο ἢ εἴπερ ἐστρατεύσαντο πάντες ἔφυγον. Neque Graecae aures hoc ferre potuissent neque nostrae possunt. Mirum ni scripserit quod Graeci in tali re solent: ἢ, εἴπερ ἄρα, πάντες ἔφυγον. — τολμήσας ἐξελθεῖν ἐς τὴν ἐν τῇ πόλει μάχην ὁ σοφὸς αὐτῶν Σωκράτης. Proxime vero Dindorfius: τὴν ἐν Δηλίῳ. debebat: ἐπὶ Δηλίῳ. § 44. οὐδεὶς — ὃς οὐκ. Pessime repudiarunt vulgatum: ὅστις οὐκ. — Ἀχιλλεὺς — ὅσπερ ἐδόκει τε καὶ ἦν τὸ σῶμα γενναιότατος καὶ δικαιότατος. obtemperatum oportuit codicibus, qui duo extrema verba ineptissima omittunt. § 45. οὔπω γε μὴν δοκῶ μοι γιγνώσκειν πῶς δὴ τὼ ἄνδρε τῷ Ἀγαμέμνονι

παράσιτοι ἦσαν. Turpe vitium. Quod unusquisque de coniectura reponere debebat: παρασίτῳ ἤστην prodiit ex optimo codice sed non movit editores. — καταξιωθέντα ὀψὲ τοῦ παρὰ τῷ βασιλεῖ δείπνου. nisi fallor ὀψέ ποτε necessarium est. — δοκεῖ δὲ οὐδὲ ἂν παύσασθαι παρασιτῶν εἰ μὴ ὁ Ἀγαμέμνων ἀπέθανεν. Periit lepor huius loci, qui in vulgata lectione inest facetissimus: εἰ μὴ καὶ Ἀγαμέμνων ἀπέθανεν. — οὑτοσὶ μὲν γενναῖος ὁ παράσιτος. Lege: οὗτος. ne Lucianus quidem οὑτοσί de absente dicere potuit. vid. supra p. 95. § 47. in versu Homerico:

ἀλλ' ὁμοῦ ὡς ἐτράφημεν ἐν ὑμετέροισι δόμοισιν.

nihil inest unde iocosa parasiti interpretatio nasci potuerit. Optimus Iacobitzii codex ἐτράφην dedit: veram scripturam servavit Marcianus: ὡς ἐτράφην περ, quae sine controversia est antiqua et genuina lectio Homero ipsi restituenda. — καὶ πάλιν ὑπερβὰς καὶ νῦν με δεξάμενος κτέ. optimi Codd. ὑποβάς, quod si intellexisset Iacobitz numquam stolidum ὑπερβάς in textum invexisset: recte etiam Cod. νῦν omittit, cui nullus hic locus est. § 48. οὗτοι μὲν δὴ τοιοῦτοι ὄντες μάλα ἀγαθοὶ παράσιτοι ἦσαν. multo melius vulgo τοιοίδε ὄντες, quod in laudem dicitur. Adscripsit aliquis: μάλα ἀγαθοί. vides quid acciderit. § 49. οὐ γὰρ ἀλλ' ὃν ἐν πολέμῳ μάχεσθαι φησὶν ἑστιάσει κεἰ εὐθὺς ἅμα ἕῳ μάχεσθαι δέοι. Locus misere corruptus et mutilus. Prorsus intercidit iocus ex Iliad. T. 160. sqq. petitus. κεἰ pessima est coniectura Lehmanni, quam recepit Iacobitz. Codd. καὶ unde εἰ καί Dindorfius. Legendum est: οὐ γὰρ ἄλλον — μάχεσθαι φησὶν * * * ἑστιάσει εἰ καὶ κτέ. § 50. ὥσπερ ἐν συμποσίῳ

καλῶς κατακειμένῳ. optimi Codd. καλῷ. Eleganter Attice scripserat Lucianus: καλῷ καλῶς κατακειμένῳ. § 51. ὥσπερ ἐπὶ πένθος οὐχὶ εἰς συμπόσιον ἥκων. Pessime uterque hoc recepit, quasi οὐχὶ εἰς dici posset; recte vulgo: οὐχὶ συμπόσιον. § 52. πρῶτον τοίνυν ἴδοι τις ἂν τὸν μὲν παράσιτον ἀεὶ δόξης καταφρονοῦντα καὶ οὐδὲν αὐτῷ μέλον ὧν οἱ ἄνθρωποι οἴονται, περὶ ῥήτορας δὲ καὶ φιλοσόφους εὕροι τις ἂν οὔ τινας ἀλλὰ πάντας ὑπὸ τύφου καὶ δόξης τριβέντας καὶ οὐ δόξης μόνον ἀλλὰ καὶ, ὃ τούτου αἴσχιςόν ἐςιν, ὑπ' ἀργυρίου. haec tamen Dindorfius Graeca putavit esse, quum haberet ob oculos veram lectionem, quam Marcianus confirmat: οἴονται περὶ αὐτοῦ· ῥήτορας δέ, praeterea οὐδέν, ὧν ἂν οἱ ἄνθρωποι οἴωνται περὶ αὐτοῦ Graecitas postulat: ὑπὸ τύφου τριβῆναι quid sit nescio, neque ἐπιτριβῆναι in tali re Graecum est neque etiam κατατριβῆναι. Quod sequitur: τούτου αἴσχιςόν ἐςιν Iacobitzius ex codicibus quibusdam recepit pro αἴσχιον, aliud agens, opinor. — καὶ ὁ μὲν παράσιτος οὕτως ἔχει πρὸς ἀργύριον ὡς οὐκ ἄν τις οὐδὲ πρὸς τὰς ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ψηφῖδας ἀμελῶς ἔχοι. Ἀμελῶς ex annotatione lectoris invectum pessumdat totius loci concinnitatem. § 53. ὅ γε μὴν παράσιτος ἔξωθεν τούτων ἐςὶν ἁπάντων. multo melius vulgo: ἔξω. — λυπεῖταί γε μὴν καὶ ἥκιςα πάντων. temere editores e nonnullis Codd. καί adsciverunt. § 54. οὐδὲ γὰρ ἀνδρεῖος ἀπορίᾳ ἀνδρείας ἐςὶν ἀνδρεῖος οὐδὲ φρόνιμος ἀπορίᾳ φρενῶν ἐςὶ φρόνιμος. bis scribendum est ἐν ἀπορίᾳ id est: ὅταν ἀπορῇ, quum ἀπορίᾳ sit διὰ τὸ ἀπορεῖν, nisi praestat ἀπουσίᾳ scribere, cui respondet mox παρουσίᾳ ἀνδρειότητος et φρονήσεως. § 55. τούς γέ τοι πλείςους αὐτῶν εὕροι τις ἂν

μετὰ ξύλου προϊόντας, οὐκ ἂν δήπου, εἰ μὴ ἐφοβοῦντο, ὡπλισμένους. Expunge ultimum vocabulum adiectum ab aliquo, qui putabat se sic locutionem ellipticam recte supplevisse. Nunc pessime locum depravavit. — γενομένου ψόφου νύκτωρ οὐδέ τι μᾶλλον θορυβεῖται ἢ μὴ γενομένου. Unusquisque facile corrigat: γενομένου δὲ ψόφου νύκτωρ οὐδέν τι κτέ. atqui haec est vulgata lectio, quam temere Editores mutarunt. — φιλοσόφους δὲ ἤδη ἐγὼ πολλάκις εἶδον, οὐδενὸς ὄντος δεινοῦ, τόξα ἐνεσκευασμένους. quid scripserit Lucianus non exputo: haec non scripsisse certum est: neque enim *arcubus* ullus hic locus est neque τόξον potest aliquis ἐνσκευάζεσθαι. § 56. οὐ μόνον ἴσμεν αὐτοῖς γεγονότα καθ' ἡμᾶς. optime Marcianus: ἴσμεν αὐτοί. § 57. φιλοσόφους μὲν γὰρ ἴσμεν — καταπρησθέντας τὸ σῶμα ἅπαν. Lectio καταπρισθέντας parum abest a vero. Legendum: καταπτισθέντας quod de noto Anaxarchi supplicio dictum est. § 59. ᾧ γε μετὰ τὸ κοσμεῖσθαι ὑπ' αὐτοῦ καὶ ἀσφάλεια πολλὴ ἐκ τῆς τούτου δορυφορίας ὑπάρχει. ne Dindorfius quidem μετὰ τοῦ κοσμεῖσθαι ab codice oblatum necessario requiri intellexit. Denique § 60. λοιπὸν εἰ μὴ αἴσχιον αὐτὸ τὸ ὄνομά ἐστι τῆς παρασιτικῆς θέλω μαθεῖν scribendum esse αἰσχρόν facile apparet et sequentia confirmant. Similia e reliquis Luciani scriptis fere omnibus quam plurima proferri possunt, nunc pauca tantum e Deorum Dialogis, quos gravius etiam quam reliquos libros ea calamitas afflixit, commemorabo. In dialogo XXII. 1. χαῖρε, ὦ πάτερ Ἑρμῆ. — νὴ καὶ σύ γε Codd. omittunt ineptum νή. — μοιχίδιός εἰμι ἐξαίρετός σοι γενόμενος. Codd. ἐξ ἔρωτος. rectissime — ἐμοὶ γὰρ πῶς κτέ. Codd. ἐμός. § 2.

ὁπότε γάρ μοι συνείη ὁ πατὴρ ὁ σὸς τράγῳ ἑαυτὸν ἀπείκασεν. Codd. verissime συνήει, quod apparet vel ex aoristo ἀπείκασεν. Nam si dixisset: *quoties mecum pater tuus rem habuit*, ἀπείκαζε subiicere debuisset et semel Penelopen per vim compressit Apollo. §. 3. ἀριστεῖον ᾑρέθη μοι. non aliter quam ἐξῃρέθη potest Graece dici. § 4. οἶσθα οὖν, ὦ τέκνον, ὅ τι χαρίσῃ. χαρίσομαι est barbarum, quidquid dicit Iacobitzius locos a se ipso corruptos afferens. Lucianus scripsit: οἶσθ' οὖν, ὦ τέκνον, ὅ τι χάρισαι, quod loquendi genus librarii ignorabant. — πρόσαττε, ὦ πάτερ, ἵνα ἡμεῖς μὲν εἰδῶμεν. 'Απ. ταῦτα ποίει καὶ πρόσιθί μοι καὶ φιλοφρονοῦ, πατέρα δὲ ὅρα μὴ καλέσῃς με ἄλλου ἀκούοντος. Non potuit infelicius. Lege: πρόσαττε, ὦ πάτερ. 'Απ. ἡμεῖς μὲν εἰδῶμεν ταῦτα καὶ πρόσιθι — πατέρα δὲ μὴ καλέσῃς με ἀκούοντός γε τινός. Sic optimi codices nisi quod ὅρα eieci a magistellis adscriptum. In Dialogo XXIII. § 1. τί ἂν λέγοιμεν; ὁμομητρίους, ὦ Διόνυσε, ἀδελφοὺς εἶναι Ἔρωτα καὶ Ἑρμαφρόδιτον καὶ Πρίαπον ἀνομοιοτάτους ὄντας τὰς μορφάς. Imperite repudiata est optima lectio: τί ἂν λέγοιμεν ὁμομητρίους — ἀδελφοὺς ὄντας — ἀνομοιοτάτους εἶναι κτέ. — ὁ δὲ θῆλυς καὶ ἡμίανδρος καὶ ἀμφίβολος τὴν ὄψιν. [οὐκ ἂν διακρίναις εἴτ' ἔφηβός ἐστιν εἴτε καὶ παρθένος], vel asyndeton arguit esse interpretamentum recentius verborum ἀμφίβολος τὴν ὄψιν. — ὁ δὲ καὶ πέρα τοῦ εὐπρεποῦς ἀνδρικὸς [ὁ Πρίαπος], nomen serius additum. § 2. γελοῖον γάρ τί σοι διηγήσομαι πρῴην ἐν Λαμψάκῳ γενόμενος. imo γενόμενον. § 2. τούτου μὲν ἕνεκα καὶ ἐπὶ σὲ ἄν, ὦ Ἄπολλον, ἀγάγοι τὴν πεῖραν. Recte Codd. τούτου μὲν οὖν. deinde omittunt ἄν. Lege: κἂν ἐπὶ σέ,

ὦ Ἄπολλον et mox: καλὸς γὰρ καὶ σύ — ὡς κἂν νήφοντα ἔτι σοὶ τὸν Πρίαπον ἐπιχειρῆσαι. Plurima alia alias daturus sum, nunc paucissima ex reliquis delibabo. Foedissimum omnium est in Timone § 46. ἰοὺ ἰοὺ προσκαλοῦμαί σε τραύματος εἰς Ἄρειον πάγον. — καὶ μὴν ἄν γε μικρὸν ἐπιβραδύνῃς φόνου τάχα προσκεκλήσῃ με. quod non minus turpe est quam si Latine dicas: *tu me mox caedis accusaberis.* Et tamen Iacobitzius cum Dindorfio codicum lectionem προκεκλήσομαι habebant ante oculos: praeterea lege: ἔτι βραδύνῃς. In Somnio s. Gallo. § 20. ὅταν ὁ Κροῖσος περιτετιλμένος τὰ πτερὰ γέλωτα παρέχῃ Πέρσαις ἀναβαίνων ἐπὶ τὸ πῦρ ἢ Διονύσιος καταδύσης τῆς τυραννίδος ἐν Κορίνθῳ γραμματιστὴς βλέπηται. Novum est et inauditum apud Graecos: ἡ τυραννὶς κατέδυ, neque Lucianus inusitata et mira venatur. In re frequentissima proprium est ac perpetuum: ἡ τυραννὶς κατελύθη. adhibe nunc lectionem antiquam: καταλυθεὶς τῆς τυραννίδος ac nullo negotio Luciano reddes suum: καταλυθείσης. Praetervideruut olim in καταλυθείσ compendiolum, quo syllaba ης significatur, deinde καταλυθείσ abiit in καταδυθείς, unde criticaster istud καταδύσης effinxit. Nempe sic potissimum nata est ista farrago variantium scripturarum, quam fortasse nimis diu aequis animis tulimus, semper sperantes aliquid boni ex his sordibus et quisquiliis extricari posse. Equidem sic censeo: nam nihil vetat quid sentiam libere dicere: in codicibus antiquis ac bonae notae *nihil* esse aut videri posse tam tenue ac leve quod sine periculo aut damno negligi abiicique possit: contra in recentioribus apographis eorum qui-

dem scriptorum, qui in vetustioribus libris exstent, perpauca tantum esse quae cum aliquo fructu ad constituendam emendandamque orationem possint adhiberi adeoque excerpi et edi mereantur. Necesse est ut unaquaeque lectio vel emendatio certo ac stabili veteris monumenti fundamento nitatur: at ubi hoc semel firmiter substratum est reliquas futilium librorum ineptias, quae nihil prodesse possunt, sed onerant nostros libros, lectores peritos et acutos obtundunt et enecant, imperitos et simpliciores ludificantur et angunt, omnes abiiciendas censeo. Quicumque in codicibus legendis multum versatus est, si quem codicem vel obiter inspexit, sexcentas lectiones vitiosas ex eo prodituras certa coniectura praecipere poterit. Sunt quae in omnibus pariter Codd. peccari soleant: sic nullus superest Graecus liber in quo non saepius inepte confusa sint haec: αι—ε, ει—ι, ῃ—ει, η—ι, ο—ω, οι—υ: in quo non perperam consonantes bis scribi soleant, ubi semel erant scribendae et contra, ut in οὐδέν μοι μέλλει aut ἐρριμένος, λῆμμα et similibus: in quo non permisceantur βαλεῖν — λαβεῖν, καταθεῖναι — καθεῖναι, σύμβολον — σύμβουλον, παρά — περί, πρός — πρό et sexcenta alia: deinde quidquid compendiis aut siglis scribitur: verbo denique quidquid somnolentum homuncionem cum taedio quae non intelligit depingentem potius quam describentem fallere possit. Haec omnia criticos in numerato habere oportet, at singulis locis ista appendere non modo inutile esse contendo, sed multum critices studio nocuisse et nocere satis apud me constat. Scilicet hinc plerique

nesciunt sui esse arbitrii et iudicii statuere, quae lectio invitis libris et librariis omnibus emendata ac vera, quae manifesto falsa et inepta sit. Non ab librariis Graece discendum, sed ab ipsis Graecis, ubi de sinceritate lectionis nulla est apud idoneos iudices controversia, maxime a poëtis ubi ne syllaba quidem elabi potuit, in plerisque etiam mensura cuiusque syllabae certa est. Quid? *καθάριος*, ut hoc utar, Graecumne credemus esse? *καθάρειος* postulat analogia, confirmat poëtarum auctoritas, cui accedit Herodiani testimonium. Quid facias igitur si in *καθάριος* »*libri omnes conspirant*" ut apud Lucianum D. D. V. § 4. *καθάριος γὰρ καὶ ῥοδοδάκτυλος καὶ ἐπισταμένως ὀρέγει τὸ ἔκπωμα.* Nempe certus coniecturae repones *καθάρειος*, eoque magis quia vel in locis poëtarum librarii antiquum obtinent, ut apud Eubulum Athen. VII. 311.

μὴ πολυτελῶς ἀλλὰ καθαρείως ὅ τι ἂν ᾖ.

in unico codice et apographis scriptum est *καθαρίως*. Contra *μεγάλειος* et *μεγαλείως*, quae eandem analogiam sequuntur, non solent depravari, ut p. 302. f. *ὅστις ὠψώνηκ' ἴσως Τούτους μεγαλείως ταῖς κάκιστ' ἀπολουμέναις.* Corrigenda supersunt apud Athenaeum haec: p. 661. f.

ἐπισημαίνεσθ', ἐὰν
ἡ σκευασία καθάρειος ᾖ καὶ ποικίλη.

p. 550. a. *πολλάκις δέ τινες καὶ καθάρειον ἀκολουθίσκον προσδιδόασιν*, ubi codex et editiones vitiose *καθάριος* et *καθάριον*. p. 74. d. *ἡ συκῆ — ἡγεμὼν τοῦ καθαρείου βίου τοῖς ἀνθρώποις ἐγένετο*, ubi archetypus codex *καθαρίου* dedit, quod recte emendavit Epitomes au-

ctor. Per omnes Athenaei libros ει et ι absurde confundi solent. Id vitium editores passim emendarunt, saepe praeterviderunt. Correxerunt ubique Ἐπικούριος, Ἀριστάρχιος, Ἀριστοφάνιος, Ζηνοδότιος et alia huiusmodi, quae sexcenties recurrunt: praeterviderunt, ut unum afferam de multis, Μεγάλλιον μύρον ab inventore Megallo dictum. p. 691. a. τῷ Μεγαλλίῳ μύρῳ — μύροις Μεγαλλίοισι σῶμ' ἀλείφεται, et alibi saepe. Alio corruptelae genere appellatur hoc unguentum Μετάλλειον μύρον ab Hesychio, qui addit versum Aristophanis:

Μεταπέμπου νῦν ταῦτα σπουδῇ καὶ μύρον, εὕρημα Μετάλλου.

legendum: Μεγάλλειον et Μεγάλλου. Paulo ante legitur apud Athenaeum p. 690. d. in fragmento Pherecratis:

κἀκέλευον ἐγχέασθαι νῷν μύρον
βρένθιον, ἵνα τοῖς ἰοῦσιν ἐγχέῃ.

Codex Venetus: εἰσιοῦσιν. Lege:

βρένθειον, ἵνα τοῖς εἰσιοῦσιν ἐγχέῃ.

Requiremusne in his codicum, id est futilium librariorum, auctoritatem quos nusquam non turpiter se dare videmus, quosque omnis errorum generis manifestos tenemus? Frustra igitur critici appellabimur. Hi nobis Socratis accusatorem ex Meleto fecerunt Μέλιτον, oleum (ἔλαιον) pro misericordia (ἔλεον), puerulos (παιδία) nominant pro campis (πεδία). Opusne est aliquo librario auctore, ut in Luciani Timone § 14 pro παιδότριψ Dindorfianum πεδότριψ verum esse credamus? Imo vero nostri est ubique iudicii ex reliquiis veteris lectionis corruptae iis modis, quos probe tenemus, emendatam scripturam eruere, ad

quam accurata sermonis et literarum Graecarum cognitio ducunt. Novimus *αι* et *ε* confundi, novimus interpretationes suprascribi solere; itaque ex his verbis apud Galenum (Vid. Valcken. Diatr. p. 214. et Bergk. in Poët. Lyr. Gr. p. 222). Ἀετὸν δὲ καὶ οἵδε (nempe οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν τὸ ἀέτωμα) καθάπερ καὶ Πίνδαρος· χρυσαῖ αἱ δ' ὀξυμπεραὶ αἱ τοῦ ἄειδον κληδόνες, nullo negotio ipsam Galeni et Pindari manum eruemus: *αἰετοῦ* legendum pro *αἱ αἱ τοῦ* ante pedes est, reliqua sic constituenda:

ἐξ
Χρύσειαι δ' ὑπὲρ αἰετοῦ ἄειδον Κηληδόνες.

Eundem locum attulit Pausanias ap. Bergk. l. l. sic:

Χρύσειαι δ' ἐξ ὑπερῴου ἄειδον Κηληδόνες,

ubi vides temerariam correctionem: ΥΠΕΡΑΙΕΤΟΥ abierat in ὑπερῴου, deinde aliquis ἐξ addidit. Novimus *παρά* et *περί* propter compendii similitudinem ubique temere confundi. Feremusne igitur apud Charitonem p. 139. ὤφθη Καλλιρρόη μὲν ἐπὶ χρυσηλάτου κλίνης ἀνακειμένη — Χαιρέας δὲ αὐτῇ περικαθήμενος pro παρακαθήμενος? non dubitabit facile qui sciat quid intersit. Estne opus codicibus ut in Luciani Somnio s. Gallo in primis verbis: ἀλλὰ σέ, ὦ κάκιστε ἀλεκτρυών, ὁ Ζεὺς αὐτὸς ἐπιτρίψειεν, mendum deprehendamus? Qui cum Graecis diu vixit bene novit eos in tali re non aliter quam ὦ κάκιστ' ἀλεκτρυόνων dicere solere. Itaque si, quod sana ratio et usus et experientia evincunt, non penes hallucinantes librarios, sed penes criticos est harum omnium rerum iudicium, quid nil profuturis quisquiliis praeclaros scriptores onerare et impedire pergemus? quid lectiones depravatas et

ineptas emendatis ac veris potiores et inani quadam auctoritatis specie commendatiores putabimus? Sunt qui propterea dubitent quia periculose omnibus doctis indoctisque passim et qui critici sint et qui non sint id credi committique arbitrantur. Quasi vero non nunc quoque nonnulli iura negent sibi nata, et quidvis sibi in constituendo ut in interpretando quocumque scriptore licere existiment. Tragicorum ante omnes vicem doleas, qui aut ad leges quasdam metricas, de quibus nondum satis liquido constat, audacter et per vim refinguntur, ut olim miseri Procrustae hospites, aut vexantur interpretationibus non ex poëtae verbis ingenioque petitis sed in Editorum cerebro natis, ad quas deinde singulorum locorum lectio accommodatur. Itaque hoc, quidquid est periculi, avertent critici prudentiores et liberati erimus millenis librariorum hallucinationibus et monstris verborum, quae nunc locis integris aut dudum persanatis tamquam sordes quaedam adhaerent. Tum demum apparebit quam pauci sint codices, quibus cum fructu uti possimus, apparebit quam paucae sint *variae* lectiones, quae quidem sint hoc nomine dignae, nempe in quibus verioris non sit cuiusvis facilis optio sed anceps saepe et ambigua divinatio interiore notitia Graeci sermonis et diuturna lectione scriptoris ad quem pertineat aliquando dirimenda. *Variae lectiones* quae merito dici debeant, quam antiquae sint, unde ortae pleraeque, non potest melius intelligi et spectari quam ex aureis reliquiis, quas ex commentariis in Iliadem et Odysseam Aristarchi et aliorum habemus. Haec

nimis diu neglecta nuper Bekkero in Homero edendo egregium usum praestiterunt, at multum abest ut omnia exhauserit. Iuvat nunc formam barbaram ex Homero eximere, quae adhuc commaculat Odysseam Γ. 299.

ἀτὰρ τὰς πέντε νέας κυανοπρωρείους
Αἰγύπτῳ ἐπέλασσε φέρων ἄνεμός τε καὶ ὕδωρ.

Κυανοπρώρειος enim aeque barbarum est atque πλησιοχώρειος, πολυώρειος, ἀθανάτειος et similia. Bonum factum quod Herodianus veram lectionem servavit in Etymol. Magno v. πρῷρα, σὺν τῷ ι — ἐπειδὴ εὕρηται κατὰ διάστασιν, ὡς παρὰ τῷ ποιητῇ· κυανοπρωΐρους. καὶ παρὰ Σιμωνίδῃ· κυανοπρωΐραν (fort. κυανοπρωϊρᾶν). — ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφει. Nihil verius: non est alia forma Graecis in usu praeter πρῷρα et composita in — πρῳρος, ut in notissimo Empedocleo: ἀνδρογενῆ βούπρῳρα βουγενῆ ἀνδρόπρῳρα. hoc librarii Graeci paulo recentiores ad unum omnes nesciunt, quibus solemne est πρώρα scribere: antiquiores πρῷιρα et καλλίπρῳιρος recte scribunt. Homero quoque reddendum saepius est κυανοπρῴροιο (nisi illic quoque olim κυανοπρωείρου fuit scriptum) in frequenti ἀκροτελευτίῳ· νεὸς κυανοπρώροιο. Item Odyss. M. 230. εἰς δ' ἴκρια νηὸς ἔβαινον Πρῴρης corrigendum πρῴρης. De Homeri lectionibus antiquis partim e Grammaticis partim e novis codicibus illi reddendis alias de industria agam. Redibo ad Lucianum ut ex eo ostendam quas varias lectiones multo melius abiici censeam quam magna diligentia conquiri et lectoribus apponi. In Somnio sive Gallo haec prostat futilis et inutilis lectionis discrepantia. §. 1.

γεγωνὸς ἀναβοήσας) libri aliquot: γεγονὼς et γεγωνόν. γοῦν) γ' οὖν. μιαρωτέραν) μιανωτέραν. ἦν γοῦν) ἤγουν. κρηπῖδα) κρηπίδα, κριπίδα, κριπῖδα. λιμώττης) λιμόττεις. ἀνεγρόμενος) ἀνεγηρόμενος. § 2. Ἡράκλεις) ἥρακλες. ἀνθρωπίνως) ἀνθρωπικῶς quod imperite probarunt editores, quasi umquam aliter quam ἀνθρωπίνως λέγειν, διαλέγεσθαι Graeci dixerint. ἐλάλησεν) ἐλάλυσεν. ὁμόφωνος ὑμῖν) ὑμῶν. ἀνεγνωκέναι τὰ Ὁμήρου ποιήματα) ἐπεγνωκέναι. Ἀχιλλέως) ἀχιλλέω. φηγὸς ἐν Δωδώνῃ αὐτόφωνος ἐμαντεύσατο optima lectio, quam pervetus Marcianus codex confirmat. Pessime receperunt Iacobitz. et Dindorfius ineptam duorum codicum scripturam: Δωδώνη αὐτόφωνος ἐμαντεύσατο. βοῶν κρέα μυκώμενα ἡμίεφθα περιπεπαρμένα τοῖς ὀβελοῖς pessime probatum ab utroque editore, quum ἡμίοπτα καὶ ἑφθά vulgo legeretur. Absurde de assatis carnibus ἕψεσθαι et ἑφθά dici palam est: vulgata lectio orta est ex

ἑφθά
ἡμίοπτα, nam recentiores Graeculi quid esse ὀπτός et ἡμίοπτος erant docendi: itaque magistelli ἑφθά adscripserunt. ὁμοδίαιτος ὑμῖν) ἡμῖν. τὴν ἀνθρωπίνην φωνήν) ἀνθρωπήνην φωνὴν, ἀνθρώπων φωνήν. perperam receptum. τῆς πρὸς ὑμᾶς ὁμοφωνίας) ἡμᾶς. § 3. ἀλεκτρυὼν) ἀλλεκτρυών. εἴ τινι διηγοίμην) εἴ τι incogitanter probatum. παραδοξότατόν σοι λόγον εὖ οἶδ' ὅτι λέγω, pro λέγω affertur λόγον. non potuit aliud quam ἐρῶ in tali re dici. περὶ ὑμῶν) ἡμῶν. ὑφεωρᾶτο) ὑφωρᾶτο ἀεὶ) αἰεί. ἀνίσχοι) ἀνέσχοι. περιβαλόντα) περιβαλλόντα. ἐπ' αὐτούς) ἐπὶ αὐτούς. ἀφείθη) ἀφήθη. ἀντὶ τοῦ κράνους Codd. ἀντὶ τοῦ κόρυθος et ἔτι τῆς κόρυθος, quod editores male receperunt, quum ἀντι τῆς κόρυθος debuis-

sent. διὰ τοῦτο) διατοῦτο. ἐπειδὰν αἴσθησθε ἀνατέλλοντα τὸν ἥλιον. Pessimum est et abiectissimae Graecitatis quod ex nonnullis libris receperunt Iacobitz. et Dindorfius: ἀνελευσόμενον pro ἀνατέλλοντα. Latet tamen in illo vera lectio ἀνιόντα, nam solent Graeculi ubicumque verbum εἶμι aut composita apud Atticos vel Atticistas occurrunt ἐλεύσομαι adscribere, quae forma futuri, antiquissimis Ionum poëtis usurpata, abiit in desuetudinem proque ea εἶμι Attici dixerunt, donec recentiores ad ἐλεύσομαι, quod ex analogia tantum iis notum erat, redire coeperunt. In sequentibus habemus: κιάμους, πειθανά, μελήσας, ἀνέλλεξας, παρανενομικέναι, ἐβιώτευσα, ἀπέλαυχα (pro ἀπολέλαυκα), μεχρός (pro μελιχρός), οἰδότα (εἰδότα), ἀφείκετο, ἀλεκτριόνι, ἐπὶ (ἐπεὶ), ἀβροσίην, περὶ πλησίῳ (παρὰ πλουσίῳ), πλευρίτην, ἀγῶνα (αἰῶνα), ςοχεῖον, ἀπορύψας, ὑποδεινεῖν (ὑποδειπνεῖν), pro φλυαρούντων φλιαρούντων et millena talia in unoquoque libro, quae docto lectori fastidium creant et nauseam, indoctum dubium faciunt et decipiunt. Neve credat aliquis ista monstra verborum propterea diligenter colligenda et fovenda esse, quia saepe ex his ipsis corruptelam subesse conficimus et via ad genuinam scripturam aperitur. Ad locos depravatos deprehendendos ac restituendos non tali auxilio egemus sed necesse est *antiquissimas* corruptorum verborum reliquias habere, quas deinde ad eam rationem, quam sana mens monstrat et sermonis Graeci accurata et certa cognitio, conformamus ex iis regulis, quas diligenti observatione errorum, in quos librarii perpetuo incidunt, certas ac stabiles constituimus. Novimus υ et ι perpetuo

confundi: quid attinet e recentiore libro κίαμος, ἀλεκτριών, φλιαρεῖν enotare? Novimus ει — ι — η ubique temere permisceri: num prodest scire πειθανά, παρανενομικέναι, ἀφείκετο, πλευρίτην vitiose in aliquot libris legi? estne utile μελήσας et ἀνέλλεξας apposita videre ad μελλήσας et ἀνέλεξας? Quis serio credet? Quam sint nihili faciendae istae scripturae omnium optime certa et evidens analogia declarat. Colloquitur in Luciani Somnio cum gallo gallinaceo sutor Μίκυλλος. vitiosam esse hanc formam evincit analogia, qua duce sine ullo erroris periculo ubique Μικύλος est reponendum, ut Θρασύλος, Δερκύλος: contra ac solet librariorum natio, quae Θράσυλλος et Δέρκυλλος dare amat et in Luciano constanter Μίκυλλος dedit. Analogiam, quam sequuntur Αἰσχύλος, Φειδύλος, Πραΰλος, alia multa, poëtarum auctoritas ubique confirmat.

ὡδὶ δέ φησι Σωσίας πρὸς Δερκύλον,

est in Aristophanis Vesp. 78. nihil tamen frequentius quam Δέρκυλλος et Δερκυλλίδας in libris nostris. Δέρκυλλον Αὐτοκλέους habemus in Aeschinis orat. de F. L. p. 165. Δέρκυλλον p. 147. Δερκύλλου p. 51. codices Bekkero dederunt Δέρκυλον, Δερκύλον, at sprevit bonam lectionem quam abiectis codicum sordibus dudum receptam oportuit. Nostrum Μικύλος dactylus est apud Callimachum. Fefellerunt librarios et criticos ὑποκοριστικά, quae longe diversam analogiam sequuntur, qualia sunt Βάθυλλος, Ἀρίστυλλος, Δίυλλος, Ξένυλλος, quae blanditiae sunt pro Βαθυκλῆς, Ἀριστοκλῆς, Διοκλῆς, Ξενοκλῆς, itaque Ἑρμύλος manifesto vitiosum est pro Ἕρμυλλος. ab his fiunt nomina muliebria in — υλλα, Κρίτυλλα, Ξένυλλα, Ἀρίστυλλα:

contra Θέςυλις a Θεςύλος, Ἡδύλη ab Ἡδύλος et *rustica Phidyle.* Quid indoctorum scribarum opiniones sciscitemur in iis quae certo scimus ipsi? Quo magis appareat quam vilia sint et contemnenda pleraque quae ex quibusdam codicibus expromuntur, afferam exemplum ex alio scriptore. In Dionysii Halicarnassensis Prooemio Antiquitatis Romanae legitur § 2. Ἡ *μὲν γὰρ* (Ἀσσυρίων) *ἀρχὴ παλαιά τις οὖσα καὶ εἰς τοὺς μυθικοὺς ἀναγομένη χρόνους ὀλίγου τινὸς ἐκράτησε τῆς* Ἀσίας *μέρους. ἡ δὲ* Μηδικὴ *καθελοῦσα τὴν* Ἀσσυρίων *καὶ μείζονα δυναςείαν* (*περιβαλομένη*) *χρόνον οὐ* (*πολὺν*) *κατέσχεν ἀλλ᾽ ἐπὶ τῆς τετάρτης κατελύθη γενεᾶς.* Πέρσαι *δὲ οἱ* Μήδους *καταγωνισάμενοι τῆς μὲν* Ἀσίας *ὀλίγου δεῖν πάσης τελευτῶντες ἐκράτησαν, ἐπιχειρήσαντες δὲ καὶ τοῖς* (Εὐρωπαίοις) *ἔθνεσιν οὐ πολλὰ* (*ὑπηγάγοντο*), (*χρόνον*) *τε οὐ πολλῷ πλείονα διακοσίων* (*ἐτῶν*) (*ἔμειναν*) *ἐπὶ τῆς ἀρχῆς.* Locus sanus est et integer: nihil est neque in sententiis neque in singulis verbis, quod non sit rectum et bene Graecum aut discrepet ab ingenio et more Dionysii vel aequalium. Deinde certa est singulorum auctoritas: quantivis pretii codicem, quem in Chisiana Bibliotheca Romae vidi saeculi fere XI in membranis nitidissime scriptum, habemus omnium auctorem ac testem idoneum. Itaque quid attinebat ex aliis apographis et vetustis editionibus has nugas criticis apponere: *ἀσυρίων — περιβαλλομένη — πολλὺν — εὐρωπαίοις — ἐπηγάγοντο, ἐπιγάγοντο — χρόνων τε οὐ πολλῷ πλεῖον διακοσίων ἔμειναν,* in quo Graeculi fraudem agnoscis manifestam, qui quum aequales *χρόνοι* pro *ἔτη* usurpare solerent et semel *χρόνων* pro *χρόνον* scripsisset

reliqua ad hanc scripturam accommodans supervacuum ἐτῶν delevit et πλεῖον scripsit. — ἐπέμειναν. Pervelim igitur Ritschelius, vir acutus, qui plurimos versavit et ipse codices et antiquos et futiles, in nova editione istas dapes, quas nobis in specimine apposuit, omnes de coena removeat, insipidas omnes et nocituras etiam nonnullas, ac primus auctorem Graecum nobis edat apparatu vere *critico* ornatum, quo iudicium acui et exerceri possit et iuvenes generosae indolis ad sanam criticam excitentur, viri docti qui nunc istam farraginem, qua facile carent, negligunt et contemnunt, subesse in his praeclara subsidia intelligant quibus quae inepta sint atque absurda ad sanae mentis simplicitatem et veritatem haud fallaci iudicio possint reduci. Quibus modis peccare soleant librarii veteres non in singulis scriptoribus, quos non eo consilio legimus, est annotandum, sed quemadmodum tirones habent unde prima Literarum elementa discant sic futuris criticis certa emendandi fundamenta ex palaeographia paranda sunt, quibus si usus et exercitatio in legendo ac relegendo optimo quoque veterum accesserit non desiderabunt librariorum sordes ut manifesta vitia manifestis emendationibus tollant. Quicumque Bastii scripta novit non iisdem quibus vulgus eruditorum oculis codicum scripturas et criticorum sententias spectare solet. At Bastius certas regulas et praeclaras observationes nescio quo iudicii errore in futilissimis scriptoribus expromere consueverat. Non minus vera ac certa summi critici, imprimis Angli, quos passim agnoscas in codicibus legendis esse multum

versatos, in optimis scriptoribus dare solent. Optimis rebus, quae huc faciunt, abundant scripta Bentleii, Dawesii, Porsoni, Elmsleii, Dobraei, unde non tantum locis corruptis clara lux affulget sed paulatim addiscitur ars quaedam, qua verum cernere et eruere et ipse possis. »*In hac parte* (ut scribit verissime Valckenaerius in Diatribe p. 277.) *Mathematicos imitamur.*" Plus proderit extremum illud aureae Diatribes caput multum legisse et quidquid scripserunt Valckenaerius, quo nemo plura felicius emendavit, Hemsterhusius, Ruhnkenius aliique his similes, qui duratura repererunt, quam in putidis librariorum erroribus aetatem conterere. Mature igitur, optimi iuvenes qui Literis datis operam, nam vobis potissimum haec scribo, discite criticis subsidiis recte uti, in quibus adhuc sunt πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα πλεῖστα δὲ φαῦλα. Cavete ne vobis librarii aut criticastri imponant: discite mihi Graece ab Graecis, quos assidua lectione et veluti colloquio penitus cognoscite: imitamini principes criticos et animadvertite quid olim repertum a Scaligeris et Stephanis et Casaubonis aetatem tulerit ac vivat, quocum componite alias aliorum coniecturas, quae brevi mortuae sunt et abiectae: contra eandem sanitatem in scriptis celebrium criticorum, qui deinceps pauci semper floruerunt, agnoscite eandemque, si quid mox et ipsi correcturi estis, ante omnia quaerite. Menandro credite:

πολὺ κρεῖττόν ἐστιν ἓν καλῶς μεμαθηκέναι
ἢ πολλὰ φαύλως περιβεβλῆσθαι πράγματα.

quod quam sit verum nimis multi hodie ostendunt,

qui de plurimis rebus desultorie aliquid conscribillantes nihil proferunt quod *vivere* possit, quae res criticos ante omnes dedecet, quorum quum sit vera a falsis certis indiciis distinguere, non probabilia tantum quaerere et verbis ornare, iure ab illis κτήματα ἐσαεί exspectantur, non ἀγωνίσματα ἐς τὸ παραυτίκα ἀκούειν.

Pag. 29. *Indignatus languidas interpolationes, quae summorum ingeniorum reliquias deturpant*). Solebant Graeci inter legendum, si quid sibi in rebus aut verbis explicandum videretur, in codicum marginibus aut supra versus annotare: interdum etiam si quid magnopere probarent aut improbarent, sententiam suam verbo adscribebant. Qui supervenerunt librarii haec omnia in mediam orationem scriptoris, ad quem annotata essent, invexerunt, unde facile intelligitur quam ridicula et inepta dixisse veteres videri debeant iis, qui has fraudes non sentiant. Horum multi tantam scilicet codicum vetustorum auctoritatem et fidem nimis venerantes malunt quasvis ineptias temere interpretando lenire quam expungere quae aliena esse et additicia appareat. Ut animos addam iuvenibus, quibus periculum est ne in huiusmodi additamentis haereant et iudicium sibi corrumpant, complura afferam huius rei exempla, unde mature similes fraudes deprehendere et arguere discant. In Lysiae oratione ὑπὲρ τοῦ ἀδυνάτου p. 168. R. quum legeretur: καὶ γὰρ οἶμαι δεῖν, ὦ βουλή, τὰ τοῦ σώματος δυστυχήματα τοῖς τῆς ψυχῆς ἐπιτηδεύμασιν ἰᾶσθαι, admiratus pulchram ac veram sententiam aliquis, fortasse et ipse deformior,

adscripsit: καλῶς! unde nunc apud Lysiam legitur: — τοῖς τῆς ψυχῆς ἐπιτηδεύμασιν ἰᾶσθαι καλῶς, quamquam neque καλῶς sententiae convenit neque in extremum locum poterat reiici. Apud Alciphronem Epist. III. 7. parasitus scribit: οἷα γὰρ οἷα πάσχει τὰ δίκαια λακκόπλουτοι εἰργάσαντό με ἄλλος ἄλλοθεν περιττὰ πίνειν καὶ πλείονα ἢ κατὰ τὸ κύτος τῆς γαστρὸς ἐσθίειν ἀναγκάζοντες. Nempe in antiquiore codice haec aliquando sic scripta fuerunt:

οἷα γὰρ οἱ πάσχει τὰ δίκαια
λακκόπλουτοι εἰργάσαντό με
ἄλλος ἄλλοθεν κτέ.

indignabundus monachus olim adscripsit: *merito plectitur*, deinde librarius aliquis id Alciphronis esse ratus recepit, simul οἱ mutans in οἷα. In Euripidis Andromache vs. 240. sq.

Ἀνδρ. οὐκ αὖ σιωπῇ Κύπριδος ἀλγήσεις πέρι;
Ἑλ. τί δ'; οὐ γυναιξὶ ταῦτα πρῶτα πανταχοῦ;

adscriptum est ad finem secundi versus in vetusto Marciano codice: ναί. quod ridiculum additamentum ex aliis Codd. Dindorfius ita recepit ut Andromachae daret sic:

ναί.
καλῶς γε χρωμέναισιν, εἰ δὲ μὴ οὐ καλά.

nos bellissimum responsum sciolo reddemus. In Platonis Rep. VI. p. 504. e. οὐ γελοῖον ἐπὶ μὲν ἄλλοις σμικροῦ ἀξίοις πᾶν ποιεῖν συντεινομένους ὅπως ὅτι ἀκριβέστατα καὶ καθαρώτατα ἕξει, τῶν δὲ μεγίστων μὴ μεγίστας ἀξιοῦν εἶναι καὶ τὰς ἀκριβείας; καὶ μάλα, ἔφη. [ἄξιον τὸ διανόημα.] extrema verba sine controversia sunt lectoris alicuius dictum Socratis impense mi-

rantis. Vide nunc mihi quid acciderit in Iuliani Orat. VIII. p. 246. ubi agit Iulianus de Pericle quem cives praeceptoris Anaxagorae consuetudine abstinere coegissent: *ἀλλ' ἔφερεν ὡς ἀνὴρ ἔμφρων τὴν ἄγνοιαν* (melius codex Marcianus optimae notae: *ἀλλ' ἔμφρων ὢν ἀνὴρ ἔφερε τὴν ἄνοιαν*) *τῶν αὑτοῦ πολιτῶν ἐγκρατῶς καὶ πρᾴως. καὶ γὰρ τῇ πατρίδι καθάπερ μητρὶ δικαίως μὲν οὔ χαλεπῶς δ' ὅμως ἐχούσῃ πρὸς τὴν συνουσίαν αὐτῶν εἴκειν ᾤετο χρῆναι, ταῦτα, ὡς εἰκὸς, λογιζόμενος· [ἀκούειν δὲ χρὴ τῶν ἑξῆς ὡς τοῦ Περικλέους αὐτοῦ]. ἐμοὶ πόλις μέν ἐστι καὶ πατρὶς ὁ κόσμος κτέ.* Satis est in haec digitum intendere. Nec minus, opinor, in illa apud Demosthenem, quibus ut ad hunc diem parceretur nimia veterum membranarum reverentia videtur effecisse, in Philipp. III. p. 122. *τίς ἦν ποθ' ἡ διάνοια τῶν τότε Ἀθηναίων τῶν ταῦτα ποιούντων ἢ τί τὸ ἀξίωμα; ἐκεῖνοι Ζελείτην τινὰ Ἄρθμιον, δοῦλον βασιλέως, [ἡ γὰρ Ζέλεια ἐστὶ τῆς Ἀσίας] ὅτι τῷ δεσπότῃ διακονῶν χρυσίον ἤγαγεν εἰς Πελοπόννησον — ἐχθρὸν αὐτῶν ἀνέγραψαν.* Quo animo credas Athenienses, *τοὺς πᾶσαν θάλασσαν καὶ γῆν ἐσβατὸν τῇ αὐτῶν τόλμῃ καταναγκάσαντας γενέσθαι* (Thucyd. II. 41.), in quorum urbem ingens undique peregrinorum numerus confluere solebat, ista audituros fuisse, quae ne rustica quidem plebecula omnium rerum ignara in hac sententia multum desiderasset? Is ipse qui adscripsit non aliunde quam ex hoc ipso loco confecisse videtur, ubi terrarum Zelea sita esset. Eiusdem generis est quod legitur in Philippica I. p. 54. *ὑμῶν δ' οἱ μὲν περιιόντες μετὰ Λακεδαιμονίων φασὶ Φίλιππον πράττειν τὴν Θηβαίων κατάλυσιν — — οἱ δὲ λόγους πλάτ-*

τουτες ἕκαστος περιερχόμεθα. ἐγὼ δ' οἶμαι μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νὴ τοὺς θεοὺς ἐκεῖνον μεθύειν μὲν τῷ μεγέθει τῶν πεπραγμένων καὶ πολλὰ τοιαῦτα ὀνειροπολεῖν ἐν τῇ γνώμῃ — οὐ μέντοι γε μὰ Δί' οὕτω προαιρεῖσθαι πράττειν ὥστε τοὺς ἀνοητοτάτους τῶν παρ' ἡμῖν εἰδέναι τί μέλλει ποιεῖν ἐκεῖνος. [ἀνοητότατοι γάρ εἰσιν οἱ λογοποιοῦντες] Nemo nostrum tam ineptum additamentum in quovis oratore vernaculo patienter ferre posset. Neque aliter in eadem oratione p. 53 sq. τῶν στρατηγῶν ἕκαστος δὶς καὶ τρὶς κρίνεται παρ' ὑμῖν περὶ θανάτου, πρὸς δὲ τοὺς ἐχθροὺς οὐδεὶς οὐδ' ἅπαξ αὐτῶν ἀγωνίζεσθαι περὶ θανάτου τολμᾷ ἀλλὰ τὸν τῶν ἀνδραποδιστῶν καὶ λωποδυτῶν θάνατον μᾶλλον αἱροῦνται τοῦ προσήκοντος. [κακούργου μὲν γάρ ἐστι κριθέντ' ἀποθανεῖν, στρατηγοῦ δὲ μαχόμενον τοῖς πολεμίοις.] isto additamento et contumelia fit auditoribus et concitatae orationis vehementia frangitur. At levia fere ista sunt ad haec, quae in oratione pro Corona adhuc feruntur p. 239. ἀκούετε ὡς σαφῶς δηλοῖ καὶ διορίζεται ἐν τῇ πρὸς ὑμᾶς ἐπιστολῇ πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ συμμάχους ὅτι· ταῦτ' ἐγὼ πεποίηκα ἀκόντων τῶν Ἀθηναίων καὶ λυπουμένων ὥστ' εἴπερ εὖ φρονεῖτε, ὦ Θηβαῖοι καὶ Θετταλοί, τούτους μὲν ἐχθροὺς ὑπολήψεσθε, ἐμοὶ δὲ πιστεύσετε. [οὐ τούτοις τοῖς ῥήμασι γράψας ταῦτα δὲ βουλόμενος δεικνύναι.] ubi mireris cuiquam hominum in mentem venire potuisse tam insulsam observantiunculam adscribere, nisi cogites quantus veternus et senium diu Constantinopoli omnium ingenia et animos oppresserit. Non fuit Demosthene in ea re Aeschines fortunatior, qui de Falsa Legat. p. 31. putatur dixisse: ὁ δὲ οὐδὲν ἔχων ἄπρατον μέρος τοῦ σώματος οὐδ' ὅθεν τὴν φωνὴν προΐεται

ὡς ὢν Ἀριστείδης [ὁ τοὺς φόρους τάξας τοῖς Ἕλλησιν, ὁ δίκαιος ἐπικαλούμενος] δυσχεραίνει καὶ καταπτύει δωροδοκίας. Redolent haec magistelli alicuius eruditionem, quae quam sit ab hoc loco aliena et unde petita hi loci ostendent: ipse Aeschines in Ctesiph. p. 90. ὑπολαμβάνετε ὁρᾶν ἐπὶ τοῦ βήματος Ἀριστείδην — τὸν τοὺς φόρους τάξαντα τοῖς Ἕλλησιν, οὗ τελευτήσαντος τὰς θυγατέρας ἐξέδωκεν ὁ δῆμος. Demosth. in Aristocratem p. 690. τότε μὲν γὰρ τῷ κυρίῳ τῶν φόρων γενομένῳ τάξαι Ἀριστείδῃ οὐδεμιᾷ δραχμῇ πλείω τὰ ὑπάρχοντα ἐγένετο, ἀλλὰ καὶ τελευτήσαντ᾽ αὐτὸν ἔθαψεν ἡ πόλις. necesse enim est ut simul adiiciatur aliquid de paupertate integerrimi hominis, postquam Athenas esset reversus: tum ista ὁ δίκαιος ἐπικαλούμενος ad hos auditores dici non potuerunt: prorsus idem in alium locum Aeschinis male invectum est in Ctesiph. p. 80. ubi adhuc pessime legitur: Ἀριστείδης [ὁ δίκαιος ἐπικαλούμενος] ὁ τὴν ἀνομοίαν ἔχων ἐπωνυμίαν Δημοσθένει. In eadem oratione p. 33. τοῦτο δ᾽ ἄρ᾽ ἦν ἀγχόνη [καὶ λύπη] τούτῳ, nemo qui vim vocabuli ἀγχόνη novit ac sentit insulso interpretamento parcet. Mirum quod tamdiu in Platonis Gorgiae initio simile vitium latere potuit in his: ἀλλ᾽ ἢ τὸ λεγόμενον κατόπιν ἑορτῆς ἥκομεν; [καὶ ὑστεροῦμεν] — καὶ μάλα γ᾽ ἀστείας ἑορτῆς. Quis umquam trito proverbio inutilem et putidam explicationem addit? Idem valet in locum incerti auctoris, qui scripsit Axiochum p. 729. διὰ παντὸς δὲ ἔθος ἐστὶν αὐτῷ φωνεῖν τὸ Ἐπιχάρμειον· ἁ δὲ χεὶρ τὰν χεῖρα νίζει [δός τι καὶ λαβέ τι], ubi frustra conantur istud additamentum in numeros Trochaicos cogere. In Platonis Protagora p. 311. a. ἀλλ᾽ ἴωμεν.

καὶ ἐγὼ εἶπον· μήπω, ἀγαθέ, ἐκεῖσε ἴωμεν. πρῲ γάρ ἐςιν. Sic libri veteres: in recentiore uno et altero μήπω ὦγαθέ correctum est. Scribendum: μήπωγ', ὦγαθέ. [ἐκεῖσε ἴωμεν] πρῲ γάρ ἐςιν. in ΜΗΠΩΓΩΓΑΘΕ alterum ΩΓ omissum est, hinc μήπω ἀγαθέ ortum. Attici autem in frequentissima ellipsi, quam sciolus inepte explevit, non aliter quam μήπωγε dicere solent. Vide Aristophanem in Equitt. 1098. Nub. 196 et 267. Melius servata est in Phaedro p. 242. a. ἐγὼ τὸν ποταμὸν τουτονὶ διαβὰς ἀπέρχομαι. — μήπωγ', ὦ Σώκρατες, πρὶν ἂν τὸ καῦμα παρέλθῃ. Haec omnia satis certa sunt: certiora etiam ea, ubi scioli in explicando loco erraverunt, ut in Platonis Apologia p. 20. c. ὦ Σώκρατες, τὸ σὸν τί ἐςι πρᾶγμα; πόθεν αἱ διαβολαί σοι αὗται γεγόνασιν; οὐ γὰρ δήπου σοῦ γ' οὐδὲν τῶν ἄλλων περιττότερον πραγματευομένου ἔπειτα τοσαύτη φήμη τε καὶ λόγος γέγονεν [εἰ μή τι ἔπραττες ἀλλοῖον ἢ οἱ πολλοί]. Sciolus enim non animadvertit οὐδέν non μηδέν scriptum esse neque ἐγένετ' ἄν sed γέγονεν, atque adeo sensum esse hunc: ἡ γεγονυῖα φήμη οὐ γέγονεν ἄνευ τοῦ πραγματεύεσθαί τι σὲ τῶν ἄλλων περιττότερον. nunc igitur duae sententiae quae adversis frontibus concurrunt in verbis Platonis inclusae sunt. Poëtas quoque eadem labes affecit solebantque scioli aut metricas interpolationes addere, ut in Homero, aut vetustiora interpretamenta per vim metrica facere, aut etiam interdum casu quodam adscripta explicatio cum numeris versuum conveniebat, quod accidit in Sophoclis Aiace vs. 167. sqq.

ἀλλ' ὅτε γὰρ δὴ τὸ σὸν ὄμμ' ἀπέδραν
παταγοῦσιν ἅτε πτηνῶν ἀγέλαι.

μέγαν αἰγυπιὸν δ' ὑποδείσαντες
τάχ' ἂν ἐξαίφνης [εἰ σὺ φανείης]
σιγῇ πτήξειαν ἄφωνοι.

Manifestum est Sophoclem ipsum non potuisse addere: εἰ σὺ φανείης, quod quum casu esset anapaesticum basi, quae paroemiacum de more praecedebat, adhaesit et splendidum locum turpi macula inquinavit. Miseret etiam Aristophanis, quem male mulcarunt in his versibus Avium 179. sq.

A. οὐχ οὗτος οὖν δήπουθεν ὀρνίθων πόλος;
B. πόλος; τίνα τρόπον; A. ὥσπερ εἰ λέγοις, τόπος.
[ὅτι δὲ πολεῖται τοῦτο καὶ διέρχεται
ἅπαντα διὰ τοῦτό γε καλεῖται νῦν πόλος.]
ἢν δ' οἰκίσητε τοῦτο καὶ φράξηθ' ἅπαξ
ἐκ τοῦ πόλου τούτου γενήσεται πόλις.

In secundo versu scripsi: ὥσπερ εἰ λέγοις pro: ὥσπερ εἴποι τις, quod nihili est. Cf. vs. 282. Versus tertius et quartus, qui absurdi sunt et peccant in sinceritatem Attici sermonis numerorumque, qualibus Aristophanes uti solet, suavitatem, orti sunt ex huiusmodi scholio: ὅτι δὲ πολεῖται καὶ διέρχεται ἅπαντα δι' αὐτοῦ καλεῖται πόλος, quae etymologia digna est eorum ingenio, qui talia amabant et ubique sibi reperire videbantur. Magno labore postea ea verba in versus senarios redacta sunt, in quibus et διὰ τοῦτο supervacuum est non minus quam νῦν, et prorsus ineptum istud γε, quod apparet πρὸς τὸ κεχηνὸς τοῦ ῥυθμοῦ esse adiectum: deinde vides quam belle ipse πόλος dicatur διέρχεσθαι ἅπαντα, quod contra est et creditur. Praeterea dactylus in tertia sede stare non potest nisi aut totus in eodem vocabulo conti-

netur, ut in his versibus Aristophanis:

Av. 122. ὥσπερ σισύραν ἐγκατακλινῆναι μαλθακήν.

Vesp. 846. ἀφ᾽ ἑςίας ἀρχόμενος ἐπιτρίψω τινά.

aut prima dactyli syllaba est in caesura, ut in his:

Av. 14. ὁ πινακοπώλης Φιλοκράτης μελαγχολῶν

Vesp. 850. ἐγὼ δ᾽ ἀλοκίζειν ἐδεόμην τὸ χωρίον.

Eandem legem sequitur tribrachys in eadem sede: similiter in sede quinta ponuntur dactylus et tribrachys apud Comicos, tribrachys apud Tragicos, apud quos dactylus in tertia sede fere semper ita collocatur, ut prima syllaba in caesura sit, rarissime idque fere in nomine proprio ut totus eadem voce contineatur. His igitur omnibus fraudem tenemus manifestam et Aristophanem putido additamento liberare potuimus. Eidem etiam alibi simili modo est succurrendum. Feliciter eiusdem generis labem amicus quidam meus deprehendit in his versibus Vesparum 260. sqq.

οὐκ ἔσθ᾽ ὅπως οὐχ ἡμερῶν τεττάρων τὸ πλεῖςον
ὕδωρ ἀναγκαίως ἔχει τὸν θεὸν ποιῆσαι·
ἔπεισι γοῦν τοῖσιν λύχνοις οὑτοιὶ μύκητες.
[φιλεῖ δ᾽ ὅταν τοῦτ᾽ ᾖ ποιεῖν ὑετὸν μάλιςα.]·

sic edidit Dindorfius: in optimo codice Ravennate scriptum est sine metro: φιλεῖ δ᾽ ὅταν ᾖ τουτὶ ποιεῖν ὁ Ζεὺς ὑετὸν μάλιςα. Est autem additamentum primum prorsus supervacuum atque adeo languidum et ineptum deinde non satis Graecum, neque enim ποιεῖ ὑετόν pro ποιεῖ ὕδωρ recte dicitur neque ποιεῖ ὕδωρ omisso ὁ Ζεύς vel ὁ θεός dici solet, neque ὅταν τοῦτ᾽ ᾖ pro τοῦτο γένηται bene habet et Attico poeta dignum est: denique μάλιςα aut pro ὡς τὸ πολύ po-

situm est, quod novum, aut cum φιλεῖ coniungendum quod plane ab hoc loco alienum est. Alibi ista additamenta in locum antiquae scripturae casu quodam olim deletae successerunt, ut in Avium vs. 395 sqq.

ὁ Κεραμεικὸς δέξεται νῷ.
δημόσια γὰρ ἵνα ταφῶμεν
φήσομεν πρὸς τοὺς στρατηγοὺς
μαχομένω τοῖς πολεμίοισιν
ἀποθανεῖν ἐν Ὀρνεαῖς.

quorum secundus insanabili morbo laborat, nam δημόσια ταφῆναι, quod metrum postulat, pro δημοσίᾳ dici non potest. Statuendum igitur est periisse veterem scripturam, lacunam deinde utcumque expletam esse ab eo, qui non satis Attice sciret. Omnino aliqua calamitas videtur olim hanc partem pulcherrimae fabulae afflixisse. Multa sunt in vicinia, quae teterrimis modis inquinata sunt, ut rarae superesse videantur genuinae lectionis reliquiae, quas postea Grammatici sarcire et supplere conati sunt nec metro satis consulentes nec sermoni Attico. Diximus supra de versibus 417—420. Non multo saniores sunt hi 423 sqq.

σὰ ταῦτα πάντα καὶ
τὸ τῇδε καὶ τὸ κεῖσε καὶ
τὸ δεῦρο προσβιβᾷ λέγων.

apparet ex scholio quamvis corrupto dixisse Poëtam τὸ κεῖσε καὶ τὸ δεῦρο pro vulgata locutione: τὸ τῇδε καὶ τὸ κεῖσε, nunc utrumque τῇδε et δεῦρο pessime copulatur. προσβιβᾷ est fere idem quod πείσει. itaque potuit scribere:

τὸ κεῖσε καὶ τὸ δεῦρο καὶ
πάντως σε προσβιβᾷ λέγων,

aut simile quid: quod nunc legitur absurdum est. Nec minus vitiosa sunt quae leguntur vs. 386, sqq. 403 sqq. 415. Constat autem antiquissimos codices, qui Alexandriam tamquam in portum pervenerunt, et ipsos iam male habitos fuisse et lacunis hiasse. In hac ipsa fabula vs. 1342 superest in scholiis memoria lacunae, quam Aristophanes Byzantinus suppleverit: *μετὰ τοῦτον ἑνὸς ϛίχου φέρουσί τινες διάλειμμα καὶ Ἀριϛοφάνους πλήρωμα οὕτως·*

ἐρῶ δ᾽ ἐγώ τι τῶν ἐν ὄρνισιν νόμων.

Adscribam locum, quia facere potest ad liberandum poëtam simillima interpolatione:

Οὐκ ἔϛιν οὐδὲν τοῦ πέτεσθαι γλυκύτερον.
[ἐρῶ δ᾽ ἔγωγε τῶν ἐν ὄρνισιν νόμων]
ὀρνιθομανῶ γὰρ καὶ πέτομαι καὶ βούλομαι
οἰκεῖν μεθ᾽ ὑμῶν κἀπιθυμῶ τῶν νόμων.

ubi quis non sentit expungendum importunum versum, quem Grammaticus addidisse narratur? Componendus nunc cum iis est locus in Thesmoph. vs. 574 sqq.

φίλαι γυναῖκες, ξυγγενεῖς τοὐμοῦ τρόπου,
[ὅτι μὲν φίλος εἰμ᾽ ὑμῖν ἐπίδηλος ταῖς γνάθοις.]
γυναικομανῶ γὰρ προξενῶ θ᾽ ὑμῶν ἀεί.

apparet versum secundum, in quo dura est verborum compositio, insuaves numeri, supervacuum *μέν*, sententia ab hoc loco aliena, quum recte legatur in sqq.

τί δ᾽ ἔϛιν, ὦ παῖ; παῖδα γάρ σ᾽ εἰκὸς καλεῖν,
ἕως ἂν οὕτω τὰς γνάθους ψιλὰς ἔχῃς.

esse expungendum, quo facto concinnitas loci restituitur. Memorabilis etiam est annotatio antiqui gram-

matici ad Vesparum vs. 1272. Ἡλιόδωρος. Μετὰ τὸν στίχον τὸν »γλωττοποιεῖν εἰς τὰ πορνεῖ' εἰσιόνθ' ἑκάστοτε" εἰσὶ τόποι ἑπτὰ ἔχοντες στιγμάς. — — — τὰ δὲ τοιαῦτα πολλάκις εἶπον ὅτι ὑπολαμβάνω ἐν τοῖς πρώτοις ἀντιγράφοις φθαρέντα ὅτι μὲν τοσαῦτα ἦν τὸν ἀριθμὸν γνωσθῆναι οὐ μὴν τίνα: item alia sed corrupta et mutila, quam in codice Veneto legi sic scriptam: ἔστρεφε τὸν λόγον μετὰ τοῦτο διάλειμμα στίχων ἀνάστατον εἶναι τῶν πλείστων δὲ εὗρον ἕνδεκα: — ἄλλως: ἀρίγνωτον τούτου γὰρ ἀδελφὸς ἀριφράδης κτέ et alia: φέρεται στι ἑνὸς καὶ τρίτου ὁμο | σουπρπίπτει. τοῦ δὲ ἐκάκισεν ἔκνισεν ἄδηλον δὲ πότερον τῆς καλλιστρα κτέ. Facile est ad intelligendum veram esse illius rationem, qui *undecim* versus desiderari scribit: stropha nunc habet versus undeviginti, antistropha octo. Probe animadvertendum quod in primo scholio legitur: εἰσὶ τόποι ἑπτὰ ἔχοντες στιγμὰς καὶ ἀλόγως, ὧν ἐκ προχείρου μὲν εὑρεῖν τὸν λόγον οὐκ ἔστιν, nempe alibi coniectando facile excogitabant quid excidisset, hoc loco quid olim scriptum fuerit non poterant ἐκ προχείρου reperire: deinde gravissimum est quod subiungit se *alibi saepe* monuisse nonnulla *in primis codicibus*, i. e. in antiquissimis, quibus grammatici Alexandrini usi sint, fuisse corrupta: cuius rei nusquam exstant alia apud Aristophanem indicia, quo cautiores nos esse oportet in his ubi ea leguntur, quae Aristophane et Atticis indigna esse satis constat. Aliud ineptae interpolationis exemplum habemus in Aeschinis oratione in Ctesiphontem p. 77. ἔφη παρελθών· ἀμπελουργοῦσί τινες τὴν πόλιν [ἀνατετμή-

κατί τινες τὰ κλήματα τοῦ δήμου], ὑποτέτμηται τὰ νεῦρα τῶν πραγμάτων, κτέ. ἀμπελουργεῖν est τὰ κλήματα τῶν ἀμπέλων ἀνατέμνειν, *vites putare*, *palmites luxuriantes resecare*, satis recte igitur habet ista interpretatio, sed ab nullo alio minus quam ab ipso Aeschine addi potuit. Apparet ex alio eiusdem orationis loco quam manifesta recentissimae manus additamenta patienter ferre potuerint lectores, p. 73. πρῶτος μὲν [οὗτος ϛρατηγός] Θρασύβουλος ὁ Κολυττεύς — Λεωδάμας ὁ Ἀχαρνεὺς οὐχ ἧττον Δημοσθένους λέγειν δυνάμενος ἀλλ' ἔμοιγε καὶ ἡδίων, [ῥήτωρ καὶ οὗτος] Ἀρχέδημος ὁ Πήληξ καὶ δυνατὸς εἰπεῖν καὶ πολλὰ κεκινδυνευκὼς ἐν πολιτείᾳ διὰ Θηβαίους, [δημαγωγός] Ἀριϛοφῶν ὁ Ἀζηνιεύς —, [ῥήτωρ] Πύρανδρος ὁ Ἀναφλύϛιος κτέ. Ne Reiskius quidem ista omnia aliena ob oratoris persona et illis auditoribus esse sensit: nunc Dobraeus et Bekkerus expunxerunt. In ultimis recicipienda erat lectio Πύῤῥανδρος, nam vulgata nimis ridicula est. Addam alia pauca ex Isocrate: in oratione περὶ ἀντιδόσεως p. 446. B. legitur: τίς γὰρ οὐκ οἶδε Κόρκυραν μὲν ἐν ἐπικαιροτάτῳ [καὶ κάλλιϛα] κειμένην τῶν περὶ Πελοπόννησον. qui ad verba ἐν ἐπικαιροτάτῳ adscripsit κάλλιϛα vim eorum non intellexit et effecit ut Isocrates nihil diceret. Non satis Atticum est quod legitur p. 471. ἅπαντες τοιαύταις ἐχρῶντο ταῖς διανοίαις, οἵασπερ ἐξ ἀρχῆς ἔφυσαν ἔχοντες. Expungendum est ἔχοντες additum ab eo, qui nesciebat ab Graecis dici aliquem νοῦν, φρένας, διάνοιαν φῦσαι, quemadmodum ὀδόντας, πώγωνα, πτερὰ φῦσαι aliquem dicebant. In eadem oratione. p. 449. in verbis: ἀλλὰ τοῦτ' ἐφιλοσόφει [καὶ τοῦτ' ἔπραττεν] ὅπως

μηδεμία τῶν πόλεων αὐτὸν φοβήσεται salis apparet delendum esse additamentum, quo ἐφιλοσόφει explicabatur, quod positum est eodem modo, quo apud Menandrum laudatum ab Harpocrat. v. φιλοσοφεῖν:

φιλοσοφεῖ δὲ τοῦθ᾽, ὅπως
καταπράξεταί (σοι) τὸν γάμον.

Aliud genus interpolationis hinc ortum est, quod scioli singulis vocabulis intellectu difficilioribus explicandi gratia addebant faciliora ex communi aequalium sermone petita: quae primum superscripta aut in margine adscripta deinde antiquae et verae lectionis locum occuparunt aut addita fere copula καί cum ea inepte coniunguntur, ut in his verbis Eusebii apud Stobaeum Floril. I. 85 (tom. I. p. 50 Gaisf.) ἐρῴην [καὶ ἐπιθυμέοιμι] καὶ τυγχάνοιμι μούνων τῶν καλῶν. Est autem ἐρᾶν in Dialecto Ionica prorsus idem atque ἐπιθυμεῖν in communi recentiorum sermone, unde sentimus ἐπιθυμοῖμι olim adscriptum esse ad ostendendam vocabuli significationem: praeterea aliquis ἐπιθυμέοιμι dedit ut Ionici coloris esset, de qua ipsa forma nondum mihi satis constat et suspicor quemadmodum Attici non alia forma quam quae exeat in —οίην et —ῴην uti solebant, sic ne Ionibus quidem —οῖμι vel —έοιμι in usu fuisse, ut numquam formis in —άοιμι vel —ῷμι sunt usi. Proferam nunc nonnullos locos, ubi vera lectio felici casu aliunde restituta est. Scribebatur in Homeri Iliad. Φ. 455.

στεῦτο δ᾽ ὅγ᾽ ἀμφοτέρων ἀποκόψειν οὔατα χαλκῷ.

donec vera lectio ἀπολεψέμεν prodiit ex Aristonici nota excerpta ex Commentariis Aristarchi: ἡ διπλῆ ὅτι — καταχρηστικῶς ἀπολεψέμεν ἀντὶ τοῦ ἀποκό-

ψειν. Compone cum his locum Hesychii qui τὰς Ἀριστάρχου λέξεις grandi Lexico inseruerat: ἀπολελειψεμέναι ἀποκειραμένου. ἀπολελεψειμένου τὰ καλά. Ferebatur in Sophoclis Trachiniis vs. 11. sqq.

φοιτῶν ἐναργὴς ταῦρος, ἄλλοτ' αἰόλος
δράκων ἑλικτὸς, ἄλλοτ' ἀνδρείῳ τύπῳ
βούκρανος.

Sophocleae dictionis splendorem servavit nobis Strabo X. 2. qui attulit ex eodem loco:

δράκων ἑλικτὸς, ἄλλοτ' ἀνδρείῳ κύτει
βούπρῳρος.

Sentisne quid inter hanc dicendi magnificentiam intersit et vulgatam scripturam, quae in unico Codice fertur, unde integra fabula ad nos pervenit? Vidi tamen, qui doctissimis annotationibus obruit Trachinias et haec Strabonis *interpretamenta* statuit esse. Πουλυμαθηΐη νόον οὐ διδάσκει, contra saepius τὸν ὄντα ἀποσβέννυσιν. Legitur apud Erotianum in Lexico Hippocratico v. ἐκλαπήσεται: ἀντὶ τοῦ ἐκγλυφήσεται καὶ ἐκγεννηθήσεται, ὡς καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Γηρυτάδῃ·

Φήμαις οὖν ἐγὼ βροτῶν ἅπαντας ἐκλαπῆναι.

ἅπαξ εἴρηται καὶ παρ' ἡμῶν ἐξήγηται μόνων. Nullum superest nunc apud Hippocratem vestigium huius vocabuli, quod semel in huius scriptis exstare et ab se solo explicatum esse Grammaticus refert. Bonum factum, quod locus superest, in quo nimis diu scioli explicatio antiquam lectionem expulit, quae non est tam recondita ac putavit Erotianus. Legitur in libro περὶ φύσιος παιδίου Tom. I. p. 246. Foësii: εἰ γάρ τις ἐθέλει ᾠὰ εἴκοσιν ἢ καὶ πλείονα ὅκως ἐκλεπίσηται (optimus ac pervetus codex Marcianus:

ἐκλεπισθήσεται) ὑποθεῖναι ἀλεκτορίσιν εἴτε δυσὶν ἢ καὶ πλείοσι καὶ ἑκάστης ἡμέρης ἀπὸ τῆς δευτέρης ἀρξάμενος μέχρι τῆς ὑστάτης ᾗ ἐκλέψει τὸ ᾠὸν ὑφαιρέων καὶ καταγνύων σκοπῶν εὑρήσει ἔχοντα πάντα κατὰ τὸν ἐμὸν λόγον. In eo igitur loco antiquitus scriptum fuit: εἰ γάρ τις ἐθέλει ᾠὰ — ὅκως ἐκλαπήσεται ὑποθεῖναι ἀλεκτορίσιν εἴτε δυοῖν ἢ καὶ πλείοσι. Nempe verbum λέπειν et composita habebant aoristum λαπῆναι: itaque tritissimum ἐκλέπειν habebat ἐκλαπῆναι et ἐκλαπήσεσθαι. Graeci recentiores utebantur forma λεπίζειν et ἐκλεπίζειν, unde apud Hesychium pro λαπῆναι, λαπισθῆναι corrige sodes λεπισθῆναι: hinc ad ἐκλαπήσεται adscriptum est ἐκλεπισθήσεται, quod postea in genuinae lectionis locum irrepsit. In fragmento Aristophanis, quod attulit Erotianus, perridiculum vitium adhuc philologos decepit. Scripserat Poëta pro φήμαις οὖν ἐγώ nihil aliud quam φήμ' οὖν ἐγώ, quod quum in Codd. scribi soleat sic: φήμ''οὖν et ('') sit tritissimum compendium syllabae — αις, beavit nos librarius aliquis bellissima lectione: φήμαις. Saepius sic erratum est: in versu Phoenissarum 1371.

ὦ τλῆμον οἷον τέρμον', Ἰοκάστη, βίου

legitur in Florentino codice apud Valckenaer. τερμονίαισ ὀκάστη, unde pellucet veteris libri scriptura: τέρμονι''οκάστη pro: τέρμον''ιοκάστη. Sic quum (') et pro apostropho ponatur et pro syllaba —ες legitur adhuc in Erotiani Prooemio p. 14. Franz. ἐμφρόνως εἰδότες ἄνδρες ἐπαμύνασθαι ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ pro ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι ex notissimo loco Homeri Il. Ω. 369. Omnino plurima huius generis reperiri ac restitui poterunt, imprimis ex antiquis Grammaticis,

quorum assidua lectione nihil est ad crisin exercendam fructuosius. »*Unus Hesychius scienter peritèque tractatus si non plures certe meliores variantes suppeditabit quam omnes omnium bibliothecarum veteres membranae*" verissimum est Ruhnkenii iudicium (in Praefat. ad Hesych. II. p. IX.) quod novis semper documentis confirmatur. Feliciter ad Aeschyli Sept. adv. Theb. vs. 146 sq.

σύ τ' ὦ Λατογένεια κούρα
τόξον εὖ πυκάζου.

adhibuit Dindorfius Hesychium: εὐτυκάζου, εὔτυκον ἔχε, ἕτοιμον. Felicissime idem in Thes. L. G. voce καταπλίσσομαι cum Aristophanis fragmento:

ἦ μὴν ἴσως σὺ καταπληγήσῃ τῷ χρόνῳ.

B. τὸ καταπληγήσῃ τοῦτο παρὰ τῶν ῥητόρων. composuit locum hunc Hesychii: καταπληγκμήσει: τὸ βῆμα κατάπληγμα λέγουσι. τὸ οὖν καταθῆσαι μετάγοντες ἀπὸ τῶν κυλιομένων καὶ τοῖς ποσὶ κατατρεχόντων οὕτως φασὶ κατακρατηθεῖ. (Sic unicus codex.) felicissime vidit utrobique καταπλιγήσει esse corrigendum, at multum aberravit ab significatione verbi καταπλίσσεσθαι neque adeo interpretationem Hesychii recte constituere potuit. Adhibita altera glossa v. πλίγμα: βῆμα, ἀπὸ τῶν κυλιομένων καὶ παλαιόντων ὅταν παραβάντες τοῖς σκέλεσι κατέχωσιν, (ubi lege περιβάντες, unde περιβάδην in eadem re dicitur, et omnia erunt perspicua) sic scribendum est: καταπλιγήσει: κατακρατηθήσῃ. τὸ βῆμα γὰρ πλίγμα λέγουσι. τὸ οὖν κατακρατῆσαι μετάγοντες ἀπὸ τῶν κυλιομένων καὶ τοῖς ποσὶ κατεχόντων οὕτως φασίν. Verbum est de palaestra: ubi quemadmodum κατακλιμακίζειν est vincere adversarium ea

arte, quae κλῖμαξ dicitur, sic τὸ πλίγματι κατακρατεῖν dicebatur καταπλίσσεσθαι. In extremo fragmento Aristophanis adhuc stolide legitur:

οἴμ᾽, ὦ Θρασύμαχε,
τίς τοῦτο τῶν ξυνηγόρων γηρύεται.

nam senex, qui filium irridet verbis novis et miris utentem, ipse inepte utitur dithyrambico verbo γηρύεσθαι. Facile erat ex corrupta lectione τερύεται et τερεύεται eruere tritissimum in vita communi vocabulum τερατεύεται. Sed redeo ad eos locos, quibus additamenta male adhaeserunt: est autem teterrimum corruptelae genus, ubi istae annotationes postquam male in textum irrepserunt postea ab aliis librariis aut ipsa depravata sunt aut ea verba ad quae pertinebant. Itaque in iis duplex est fraus ac nisi utramque argueris nihil egeris. Exemplo sit locus Lysiae in orat. κατὰ Διογείτονος p. 473 B. οὐκ ἀναλώσας πέντε καὶ εἴκοσι μνᾶς ἐκ πεντακισχιλίων δραχμῶν τὸ μὲν ἥμισυ αὐτῶν τίθησι τούτοις λελογίσθαι. in eo loco lacuna est, ut ostendit res ipsa et τὸ μέν cui nihil respondet: legendum arbitror: τὸ μὲν ἥμισυ αὐτῷ τίθησι, (τὸ δὲ) τούτοις λελόγισται. notus est usus verbi τιθέναι in ea re. Compone nunc cum his alium locum p. 474. φάσκων δυοῖν δεούσας πεντήκοντα μνᾶς — συμβαλέσθαι τὸ ἥμισυ τούτων τοῖς ὀρφανοῖς οὖσι λελόγισται. absurdum est in his participium οὖσι. quid multa? Latere in eo arbitror τίθησι, cui apposita fuerit interpretatio: λελόγισται. Plura in paucis versibus reperiuntur in fabula Babriana recens reperta XCV. 59 sqq.

ἐλάφου δὲ φρὶξ ἐπέσχε νῶτα καὶ κνήμας,

χολὴ δ' ἐπέζει καρδίην, ἔφη δ' οὕτως·
σὺ μὲν διώκεις πανταχοῦ με καὶ φεύγω.
ἀλλ', ὦ σύγημα, νῦν μὲν οὐχὶ χαιρήσεις,
ἤν μοι προσέλθῃς καί τι γρύξαι τολμήσῃς.
ἄλλοις ἀλωπέκιζε τοῖς ἀπειρήτοις,
ἄλλους δὲ βασιλεῖς ὑπερέθιζε καὶ ποίει.

in his boni poëtae versus pulcherrimi intermixti sunt desipientium monachorum ineptiis. Dudum intellectum est ab Dubnero additicium esse versum tertium. Confictum arbitror ab eo, qui haeserit in ἀλλά, quo inchoari sententiam mirabatur. In quarto, qui pulcherrimus est, corrigendum: οὔτι χαιρήσεις, nam sic solent in tali re veteres. Quintus est suppositicius, quod vel ex metro apparere potest, nam qui illos choliambicos versus opinantur in duos spondeos satis recte exire posse decepti sunt locis corruptis vel, ut in Babrio Athoo, manifesto spuriis; satis enim mirari non possum, quo pacto viros doctos latere potuerit maiorem partem eorum, quae ex novo codice prodierunt, ab Graeculis magistellis aut monachis esse suppositam. Ostendunt hoc dicendi foedissima vitia, quae abiectissimam arguunt Graecitatem: vitia metrica, quae partim Lachmannum et amicos fugerunt, partim per vim sublata sunt: ineptiae quam plurimae et indicia quaedam, unde Christianos auctores agnoscas. Qui cum istis componet genuinas Babrii reliquias, et aliunde collectas et in his subinde pellucentes, suavissima et vere Ionica oratione numerose et nitide compositas, facili negotio comperiet non tantum *epimythia absurda esse et imperite scripta*, de qua re constat inter omnes, sed longe maximam

partem reliquorum scriptam esse ab iisdem, qui tam bella epimythia condiderunt. Animus est brevi de industria singula persequi. Nunc proferam pauca quaedam vitia sermonis et metri, ne cui calumniari videar: in fabula 43 haec leguntur male Graeca: vs. 1. ἔλαφος κεράστης — ὑπὸ τὸ καῦμα. 4. λυπεῖσθαι ἕνεκα χηλῆς καὶ ποδῶν. praeterea inepte copulantur χηλὴ καὶ πόδες. 5. ἐπὶ τοῖς δὲ κέρασιν, anapaestus est in secunda sede: — ἄγαν καλοί pro κάλλιστοι: tum male opponuntur ἐλυπήθη et ηὔχει pro ηὔχησεν. 8. ὁμοῦ σαγήναις pro *cum!* — εὔρινος pro εὔρις. 14. ἐπηδούμην pro ἐπησχυνόμην. Notavi tantum turpiora. In fabula 44 absurdum est: συλλαβεῖν ἐφεδρεύων et ὁμοῦ pro ἅμα. in sequenti vs. 2. εἰσήλαυνε pro εἰσήλασεν et ἄντρον τῶν ἀοικήτων. 4. τάχιον pro πρότερον. 5. κεροῦχος. 7. ἔβαλλε θαλλόν pro προὔβαλλε. 8. τὰς δ' ἰδίας ἀφῆκε μακρὰ λιμώττειν, ubi prima in ἰδίας producitur non magis foede quam τὰς δέ γ' ἰδίας corrigitur a Bekkero, quasi ullus hic locus sit particulis δέ γε — ἀφῆκε pro εἴασεν idque pro εἴα, quod postulat natura rei et oppositum ἔβαλλε, vitiosissimum est, tum prorsus ridiculum μακρὰ λιμώττειν, dictum scilicet, ut μακρὰ κλάειν, οἰμώζειν, ὀτοτύζειν apud Atticos. 9. ὡς δ' ἠθρίασε violat metrum, ἠθρίαζε sermonis vitium est. — peius etiam: τεθνώσας, quum ne τεθνώς quidem pro τεθνεώς bene Graece dici possit: τεθνεῶσα autem non memini me legere pro τεθνηκυῖα. 10 sq. ὀρῶν ἀβοσκήτων Ἀνέμβατον δρυμῶνα ποσσὶν ἠρεύνων. quam inepte! ποσσὶν ἐρευνᾶν Theocrito sublectum est. 12. ὁ δ' αἰπόλος γελάσας ἦλθεν εἰς οἴκους satis absurdum est: γελοῖος dedit Lachmannus, quasi idem esset

quod *καταγέλαστος*: nec bene habet *εἰς οἴκους* pro *οἴκαδε*. 13. *αἰγῶν ἔρημος* dictum ut *φίλων ἔρημος* bellissimum est. 15. *ὧν αὐτὸς εἶχεν ἐκ πρώτης*. *αὐτός* nihil addit sententiae: *ἐκ πρώτης*, si lubet, accipe pro: *ἐξ ἀρχῆς*. Metrica vitia graviora, quae editores fefellerunt, haec sunt: fab. 75, 2. *πάντων λεγόντων· μὴ δέδιθι, σωθήσῃ*. mediam in *δέδιθι* corripi praeter certam analogiam evincunt carmina Homeri, ubi *δείδιθι* semper est dactylus. in fab. 27, 3. *τῆς δ' αὖ λεγούσης ὡς κακὴν χάριν τίνεις*, senarium habes pro choliambo, nam *τίνειν*, *ἐκτίνειν*, *ἀποτίνειν* penultimam corripiunt. in fab. 35, 2. *τεκοῦσα δ' αὐτοῖς ἐστὶν οὐκ ἴση μήτηρ* convellit quod Lachmannus p. XIV asseverat »*quotiens autem versus in disyllabon vocabulum exit, Babrium a spondeo abstinuisse certum est*" namque *ἶσος* producit primam, praeterquam apud Athenienses, et Babrius ipse Ionice scripsit. Per vim autem Babrio obtrusum est. 57, 6. *Ἀραβίων*, quod Graecum non est, pro *Ἀράβων*. 69, 1. *λασιόπουν* pro *δασύπουν*. vs. 2. *ἐδίζητ'* pro *ἐδίωκεν*. 42, 5. *ἐξέριψε* pro *ἐξέρριψε* et vs. ultimo: *ὃς οὐδὲ ποίαν ἡλόων μ' ἐγίνωσκον*, quod non minus absurdum est quam lectio codicis. 73, 1. *ἔχει κλαγγήν* pro *εἶχε*. 75, 3. *ὧδ' ἀτεχνής* pro *ἀτεχνής*, quod et ipsum barbarum est pro *ἄτεχνος*. 7. quum legeretur in codice: *οὐκ ἐξαπατῶ σε φησὶν οὐδ' ἐνεδρεύω* reposuit Lachmannus: *οὐκ ἐξαρῶ σε, φησὶν, οὐδ' ἐνεδρεύσω*, turpissime pro anapaesto spondeum inferens, nam *ἀείρω*, *αἴρω* habet futurum *ἀερῶ*, *ἀρῶ* producta prima et insuper verbo *ἐξαίρειν* sensum tribuens, quem neque habuit umquam nec potuit habere. Satius erat ab Graecis scriptoribus abstinere

manum quam tam proterve iis illudere. Itaque si quis credere potest:

ἤν μοι προσέλθῃς καί τι γρύξαι τολμήσῃς

choliambum esse, fruatur quod amet. In versu sexto postulat Graecitas ut scribatur:

ἄλλους ἀλωπέκιζε τοὺς ἀπειρήτους.

nam ἀλωπεκίζειν τινά est *vulpinis artibus aliquem circumvenire*, ἀλωπεκίζειν τινί *alicui vulpinas fallacias ostentare* sive ut oblectes, sive ut moneas ne credulus capiatur. Genuinum esse hunc versum vel forma Ionica ostendit ἀπείρητος. At spurius est sine controversia versus ultimus, cuius causa locum attuli: ut nunc legitur nihil significat, namque ὑπερεθίζειν βασιλεῖς ab hoc loco alienissimum est. Satis certum esse opinor scriptum fuisse aliquando:

ἄλλους δὲ βασιλεῖς αἱρέτιζε καὶ ποίει.

quod quum solemni errore in ἐρέτιζε abiisset acutulus aliquis restituit ὑπερέθιζε. Non tantum αἱρέτιζε recentiorum est, sed etiam βασιλεῖς pro βασιλέας veteribus ignotum, quo turpius est quod restituit Lachmannus vs. 78.

βασιλῆ δέ φησι τὸν λύκον καταςήσειν

pro lectione codicis βασιλέα. Nempe βασιλέα correpta ultima Graeculi dicebant, qui nesciebant anapaestum in secunda sede contra artem esse, βασιλῆ nemo umquam dixit. Αἱρετίζειν, quod recentioribus frequens est ut χαιρετίζειν, similiter in ἠρέθιζε abiit in fabula 61, 5, quae tota est ex ineptissimis.

ἧει κυνηγὸς ἐξ ὄρους κυνηγήσας,
ἧει δὲ γριπεὺς κύρτον ἰχθύων πλήσας,
καί πως συνηβόλησαν οἱ δύ' ἀλλήλοις.

χὠ μὲν κυνηγὸς ἰχθύων ἁλιπλώων
θήραν δ' ὁ γριπεὺς ἠρέτιζεν ἀγρείην
τά τ' εἶχον ἀντέδωκαν. εἶτα τὴν θήρην
ἤμειβον ἀεί, δεῖπνα δ' εἶχον ἡδίω,
ἕως τις αὐτοῖς εἶπεν· ἀλλὰ καὶ τούτων
τὸ χρηστὸν ἐξολεῖτε τῇ συνηθείᾳ,
πάλιν δ' ἕκαστος ἃ πρὶν εἶχε ζητήσει.

non opus est ostendere quam multa insint male Graeca et a veterum more aliena. Vitia metrica duo insunt vs. 7. est senarius, nam in Ionica dialecto, cuius vestigia apparent in ἀγρείην, τά τε, θήρην, creticus est ἡδίω. vs. 10. exit in duos spondeos: praeterea ne mica quidem salis inest, ne sensus quidem »*qui prudenti vitam consilio moneat.*" Num putemus meliorem esse poëtam qui ista contexuit quam qui haec: 22, 14.

φάσκει δ' ὁ μῦθος τοῦτο πᾶσιν ἀνθρώποις·
ἐλεεινὸς ὅστις εἰς γυναῖκας ἐμπίπτει.

(ubi versus qui sequitur est διττογραφία versus 13, pessime corruptus ab Lachmanno) aut haec, 23, 9.

ἐντεῦθεν ἡμᾶς τοῦτ' ἔοικε γινώσκειν·
ἄβουλον εὐχὴν τοῖς θεοῖσι μὴ πέμπειν
ἐκ τῆς πρὸς ὥραν ἐκφορουμένης λύπης.

aut 24, 9.

χαίρουσι πολλοὶ τῶν ὑπερβολῇ κούφων
ἐφ' οἷς ἄγαν μέλλουσιν οὐχὶ χαιρήσειν.

ac similia passim, quae spuria esse omnes intellexerunt. Nihilo meliora neque poëta Graeco digniora esse pleraque alia criticus nunc nullo negotio arguere poterit.

Satis haec vos acuent, optimi iuvenes, qui in Li-

terarum studiis toti estis, ne facile aut diu his fraudibus ac fallaciis decipiamini. Quidquid scripsi, vobis ante omnia scripsi. Nunc iam incipite quae vera, quae certa, quae pulchra sint ab aliis omnibus recte cogitando ac naturam ducem et sanam rationem sequendo distinguere: ingenitam singulis hominibus sanam mentem et iudicandi facultatem doctrina corroborate: eorum levitatem, qui quae vix gustaverint de iis statim libros scribere aggrediuntur sic contemnite, ut ipsi diu multumque in iisdem semper rebus ac studiis versati tandem longo usu certa et *τὰ αὐτὰ ἀεὶ περὶ τῶν αὐτῶν* proferatis. Sic demum prosunt Literae, nec tantum aequalibus vera sed omnibus ubique qui veram humanitatem quaerunt cecinit Euripides:

ὅστις νέος ὢν Μουσῶν ἀμελεῖ
τόν τε παρελθόντ' ἀπόλωλε χρόνον
καὶ τὸν μέλλοντα τέθνηκεν.

INDEX SCRIPTORUM

QUORUM LOCI IN ANNOTATIONIBUS TRACTANTUR.

Aeschines. 133. 140. 141. 147. 148.
Aeschylus. 112. 152.
Alciphron. 138.
Anaxilas. 60.
Araros. 66.
Aristophanes. 65. 127. 150. 152. 153.
Vespae. (21. sqq.) 65. (264) 144. (749) 96. (1272) 147.
Aves. (5, 7.) 96. (181. sqq.) 143. (386. sqq. 403. sqq. 415.) 146. (395. sqq. 423. sqq.) 145. (417. sqq.) 79. (1342.) 146.
Lysistrata. (553.) 91.
Thesmophoriazusae. (162.) 56. (575.) 146. (1167.) 96.
Ranae. (1134, 1229.) 96. (1376.) 96.
Ecclesiazusae. (229, 239.) 96.
Aristoxenus. 60. 73.
Athenaeus. 58. 60. 61. 62. 64. 65. 66. 105. sqq. 126. sq.
Babrius. 71. 153. sqq.
Chariton. 74. 75. 128.

Demosthenes. 139. 140.
Diodorus Comicus. 60.
Diogenes Laërtius. 57. 59. 60. 62.
Ephorus. 58.
Epicharmus. 61. 62. 141.
Erotianus. 150. 151.
Eubulus. 64. 126.
Euripides. 80. 138.
Eusebius Stobaei. 61. 149.
Hermesianax. 47. sqq.
Herodotus. 54. 55. 56.
Hesychius. 127. 151. 152.
Hippocrates. 150.
Hipponax. 38. 60. 108.
Homerus. 55. 120. 130. 149.
Iamblichus de V. P. 60. 73. 74. 75. sqq. 110. sqq.
Incertus auctor Axiochi. 141.
Incertus sophista Doricus. 60.
Isocrates. 148. 149.
Iulianus. 139.
Longinus. 78.
Lucianus. 38. 39. 63. 68. 69. 101. 113. sqq. 126. 127. 128. 131. sq.
Lysias. 83. sqq. 137. 153.
Menander Comicus. 126. 149.
Menander Rhetor. 78.
Pherecrates. 127.
Philemon Grammaticus. 54. sqq.
Philodemus. 102.
Pindarus. 56. 128.
Plato. 138. 141. 142.

Plutarchus. 70. 71. 72. 80.
Solon. 59.
Sophocles. 40. 143. 150.
Stobaeus. 61. 149.
Timocles. 64.
Xenarchus 105.
Xenophon. 68. 69.